

20 shillings Rare 20/-

No 41

CODEX MEDICAMENTARIUS

AMPLISSIMI SENATUS MONTENSIS

AUCTORITATE MUNITUS

Non ſtatim condemnetur, ſi quid non ſtatim profuit; minus verò removeatur, ſi quid paululùm ſaltim juvat, quia profectus tempore expletur.

Celſus
LIBRO III. CAP. I.



MONTIBUS HANNONIÆ,

Ex Typographia HENRICI BOTTIN, in plâteâ Clavis.

M. D CCLV.

NOBILIBUS

AMPLISSIMIS AC CONSULTISSIMIS DOMINIS

D. URBIS MONTANÆ SENATORIBUS.

D. PETRO-FELICI LE DUC, Equiti Aurato, Toparchæ de Masnui Saint Pierre, J. U. L., & Urbis Prætori.

D. NICOLAO-FRANCISCO-JOSEPHO DE MALEINGREAU, Equiti, Domino de Floricourt, J. U. L. & Senatori primario.

D. ALEXANDRO-LUDOVICO DE BEHAULT, Equiti, Toparchæ de Warelles, J. U. L. & in suprema Hannoniæ Curia Advocato.

D. GEORGIO-UDALRICO SCARSEZ, J. U. L. & in eadem Curia Advocato.

D. PHILIPPO JOSEPHO CRINON, Equiti, J. U. L. & in eadem Curia Advocato.

D. FRANCISCO-ALEXANDRO DE ROBAULX, Equiti, Toparchæ d'Hantes.

D. FREDERICO-EVERARDO DAELMAN, Equiti, J. U. L. & in eadem Hannoniæ Curia Advocato.

D. FRANCISCO MARIN, Equiti, Domino de Lamotte.

D. PETRO-JOSEPHO COGNIAUX, J. U. L. & in eadem Curia Advocato.

D. EUGENIO-FRANCISCO DU VELIN, Equiti, J. U. L.

D. PHILIPPO-TOSSANO MEURET, J. U. L. & in eadem Curia Advocato.

D. PETRO-JOSEPHO DE LA ROCHE, J. U. L., & Urbis Consiliario-Pensionario.

D. PETRO-IGNATIO-JOSEPHO DE ROYER, J. U. L. & Urbis Consiliario-Pensionario.

D. JACOBO-PHILIPPO PIENNE, J. U. L., Consiliario-Pensionario & supremi Juris Prætorii Greffiario.

D. JOANNI-PHILIPPO GAILLARD, Equiti, Domino de Fassignies, J. U. L. & Urbis Advocato-Pensionario.

D. MARCO-JOSEPHO PEPIN, J. U. L. & Greffiario Senatorio.

D. ANTONIO-FERDINANDO-SIMEONI LE ROY, Equiti, Domino de Beauvolers, J. U. L. & Rei Politico-Civilis Greffiario.

D. LEOPOLDO BERNARTS, Equiti, J. U. L., in suprema Hannoniæ Curia Advocato & Urbis ærario Quæstori.



NOBILES,

AMPLISSIMI AC CONSULTISSIMI

DOMINI

CUM vobis expoſuimus rationum momenta, quæ Codicem Pharmaceuticum Medicorum hujus Urbis praxi accomodatum expetebant, lubenter illiûs in ordinem redigendi provinciam ſuſcepimus, haud dubii cui potiſſimum nomini labores noſtros conſecrare deberemus. Et ecce Diſpenſatorium publicæ utilitatis ergò adornatum ſic ad calcem deduximus, ut amplam ſubminiſtret indicationibus Medicis & Chirurgicis materiam, & uniformem præſcribendo in Galenicis &

Chymicis processum, simul etiam omnem à re medicamentaria confusionem, Civium sanitati adeò funestam, abundè arceat. Illud itaquè, & ipsô publici commodi titulô & quia vestris sub Auspiciis elaboratum est, Amplissimo Nomini Vestro inscribendum venit. Quidquid enim rei publicæ commodum tangit, id vobis cordi est; & dum in hac Urbe, Hannoniæ Metropoli, legum prudentiâ & justô moderamine Civium securitati prospicitis, simul etiam, vestrâ curâ, eorundem sanitati & incolumitati undequaquè est consultum. Novistis, inter varia senatoriæ dignitatis officia, non infimum apud Græcos & Romanos obtinuisse locum illud, quod patriæ incolumitati providebat; Vos, & Athenarum sapientiâ & Romæ Fascibus graves, iisdem muniis fungi, omnis Civium ordo nunquam non conspexit. Attamen prætermus vestros, eosque multiplices, in hunc

finem labores ; ut unicum circa meliorem Pharmacopoliorum diſpoſitionem & juſtum cujuſque medicamenti pretium gratulabundi conſideremus. Voluiſtis æquâ lance librari debitam Arti Pharmaceuticæ mercedem, & habitâ publici commodi ratione, certum medicamento cuicunque valorem aſſignari. Sapienti inſuper Decretorum veſtrorum prævidentiâ, abuſum omnem à re medicamentaria longè fugaſtis ; & juſtâ legum temperaturâ, ſtatutorum Pharmaceuticorum obſervantiam immaculatam firmaſtis. Sic Ars ipſa Pharmaceutica, quæ propter triennale Tyrocinium & probatum Magiſterium à plurimis retrò annis in hac Urbe ſemper viguit, veſtris ſub Auſpiciis & continuato Moderamine magis vigebit impoſterùm : creſcet indè & ægrotantium ſolamen & Medentûm certitudo. Rem promovebunt experti, quos in hac Metropoli habemus, in Chymicis & Galenicis

Magistri ; qui, ut Artis suæ honorem cordi habent, vestris pro utilitate publica dispositionibus planè respondebunt.

Nos, cum hunc Codicem contexuimus, finem à Vobis propositum, id est, paratiorem & commodiorem rei medicamentariæ ordinem, conati sumus assequi. Sinite, Consultissimi & Amplissimi Proceres, ut hosce labores nostros Nomini vestro inscribamus ; nec dedignemini hoc Opusculum benignô fovere patrociniô : illud, in venerabundi animi tesseram, Vobis dedicant, vovent, consecrant.

NOBILES, AMPLISSIMI, ET CONSULTISSIMI DOMINI.

Humilli Clientes

MEDICI HUJUS URBIS PENSIONNARII

A. J. ROUCAR de Roechoudt Medic. senior
H. J. DELECOURT
G. J. JACQUELART.
N. F. J. ELOY.



AD LECTOREM

A Multis retrò annis deſideratus eſt Codex Pharmaceuticus Medicorum hujus Urbis praxi accomodatus. Veneranda enim Antiquitas nonnulla adhibuit medicamina, quæ hodiedùm obſoleta in Apothecis jacent; uberior Materiei Medicæ proventus ſelectiora miniſtravit ad morborum curam remedia; præſtantes in medendo Viri, ut excultioris Phyſices ſtudiô Anteceſſorum inventis addiderunt, ſic, eôdem præeunte lu-

mine, ſanandi auxilia ſimpliciora & Naturæ magis accomoda paraverunt. Hæ rationes nos potiſſimùm moverunt, ut de reſtituenda Re Pharmaceuticâ, novum adornando Codicem, allaboraremus. In hunc finem, varia variorum Authorum & Urbium Diſpenſatoria ſtudiosè examinavimus; & inter ea Clariſſimi *Lemery* opus Chymicum, Clariſſimorum *Batei* & *Fulleri* Pharmacopœias, Auſtriaco-Viennenſem, Bruxellenſem & Pariſienſem Codices ſecuti ſumus, ex iiſque tantùm non omnes medicamentorum formulas & proceſſus excerpſimus. Stylo addidimus parum, aut vix detraximus; ut graviſſimorum Authorum laboribus adjuti, quid illis deberemus, abundè teſtaremur. Codicem enim nec componere fuit animus, ſed in ordinem huic Re-

gioni accomodum redigere, ſumma votorum fuit. Attamen nonnullas medicamentorum formulas, Medicis hujus Urbis particulares & ab iis in uſu habitas, adjecimus.

In Operis diſpoſitione eum ſecuti ſumus ordinem, quô Codicem ſuum adornavit ſaluberrima Facultar Pariſienſis; placuit præ cæteris ille ordo, quia cuique medicamentorum ſpeciei ſua claſſis aſſignatur.

Ad calcem operis appoſita eſt medicamentorum ſimplicium & compoſitorum Taxa, ordine alphabeticô ſic digeſta, ut unô intuitu & aſſignatum cuique pharmaco pretium & paginæ numerus, ſub quo de eodem pharmaco in hoc Codice tractatur, conſpici queat.

In Tironum gratiam Lexicon Pharmaceuticum, ex probatis Authoribus excerptum, huic Operi adjunximus, ut ex illo & terminorum obſcuriorum explanationes, & communiorum juſtas definitiones haurire queant.

Benignè ergo ſuſcipe labores noſtros, Lector Benevole: & ſi quid in hoc Codice erroris irrepſerit, ad laudatorum operum, quæ nos manu duxerunt, trutinam corrige. Vale.





DE PONDERIBUS
Et Menſuris Medicis.

GRANUM,	Quod æquat pondus grani Hordei modicè craſſi.
SCRUPULUS,	Qui pendet grana viginti.
DRACHMA,	Quæ continet ſcrupulos tres.
UNCIA,	Quæ eſt Drachmarum octo.
LIBRA,	Quæ complectitur Uncias duodecim.
MANIPULUS	Eſt quantùm manu comprehendi poteſt : debet eſſe ponderis unciæ dimidiæ pro herbis ſiccis. Herbæ verò recentis Manipulus pendebit Unciam unam.
PUGILLUS	Eſt quantùm tribus digitis capi poteſt, & pendebit Drachmas duas.

Seriò vitandus eſt quorundam Pharmacopœorum error, qui eâdem menſurâ pro ſpiritibus ardentibus, Aquis diſtillatis ſpirituoſis & ſyrupis utuntur : diſpar talium liquorum pondus diverſas expetit menſuras.

Aderit Menſura particularis pro Aquis diſtillatis ſimplicibus & altera pro ſyrupis ; ſed Aquæ diſtillatæ ſpirituoſæ aut Aquæ compoſitæ, item Spiritus ardentes, ponderabuntur, non menſurabuntur.

Ubi in dispensandis simplicibus, Unciam aut Drachmam ponderis Civilis adhibent; Libram ejusdem ponderis pro certis medicamenti partibus, V: G: menstruis, saccharo &c., usurpare non possunt. Libra enim Medica, cum in hac Provincia sit ubique duodecim tantùm Unciarum, sive Uncia constituat duodecimam libræ partem; quandò, adhibitâ Unciâ civili, utentur libra ejusdem ponderis quæ est Unciarum sedecim; Uncia fiet decima-sexta libræ pars & sic tolletur requisita ingredientium inter se proportio. *Libra* ergò *magna*, ut vocant, in dispensandis pharmacis erit tantum duodecim Unciarum ponderis civilis, dum Unciam ejusdem ponderis usurpabunt: sed hanc evitabunt errandi occasionem Pharmacopolæ, si unicô pondere Medicô usi fuerint.

Notandum tamen a Medicis intelligi libram ponderis civilis, quæ est Unciarum civilium sexdecim & Unciarum Medicarum viginti, quando Decocta pro Ptisanna, pro Enemate; necnon Emulsiones, Hordeata, Amygdalata per Pintas ab iis præscribuntur.

Dum in hoc Codice, in prædictorum medicamentorum compositione libra præscribitur, intelligitur etiam pinta una; sed in reliquis pharmacorum præparationibus libra Medica desideratur.

DE QUORUNDAM

Simplicium Collectione.

RADICES Evellendæ sunt, quandò nec nimis molles, nec nimis duræ, nec lignosæ.

HERBÆ Colligendæ sunt, quando folia magnitudine, colore & odore vigent; idque cœlo sereno & tempore meridiano.


FLORES Decerpendi ſunt in vigore ſuæ maturitatis ; non dehiſcentes aut decidui. Flores Roſarum ante apertionem avellantur, quando Conſerva ex iis conficienda. Flores Farſaræ etiam antè apertionem colligantur, ne per exſiccationem lanuginoſi evadant.

FRUCTUS Priuſquam decerpantur, juſtam maturitatem habeant ; niſi datâ operâ immaturi deſiderentur, ut Meſpila, Sorbi &c. Deinde exſiccandi ſunt in aere vel ſole ; & ſi opus ſit, in clibano poſt panis exemptionem. Quod ſi unâ vice exſiccati non ſint, poſtridie denuò immittantur.

SEMINA Colligantur, quando ſunt matura, & fructus, quibus includuntur, ad juſtam maturitatem pervenerunt ; & in loco ſicco, non calido, ad uſum ſerventur. Rejiciantur rancida & carioſa.

CORTICES Sunt avellendi, quando arbores in pleno vigore ſunt. Craſſiores manu avellantur, ſi leviter adhæreant ; ſin tenaciùs, ferrô abſcindantur. Tenues verò & membranoſi, ut Sambuci, Fraxini &c., cultellô abradantur.





LEXICON PHARMACEUTICUM.

A

ABLUTIO denotat materiam à particulis impuris affusione aquæ mundificare, vel a salibus liberare.

ABSTRAHERE est liquidum vel menstruum mediante distillatione separare.

ACETUM, in genere liquorem quemcumque acidum notat; veruntamen in officinis liquorem solum acidum denotat, ex potulentis succis factum. Quoties *Aceti* simpliciter fit mentio, Acetum Vini recipiendum est.

ACHANTUS, seu Branca Ursina.

ACORUS, idem quod Calamus Aromaticus officinarum.

ACTE', idem quod Sambucus.

ACUERE, Chymicis est, quando liquor debilis, ab alio fortiori, ad dissolvendum penetrantior redditur.

ADIANTHUM ALBUM, sive Ruta Muraria. ADIANTHUM NIGRUM, seu Capillus Veneris.

AD PONDUS OMNIUM, significat, quod ultimum in formula præscriptum medicamentum tantùm debeat pendere, quantùm omnia illa superiùs præscripta simul.

ÆRUGO est æris, sive cupri, mediante quôvis acidô, in friabile & viride corpus reductio.

AGALLOCHUM, sive Lignum Aloës.

AHENUM est vas cupreum, vel ferreum, medicamentis coquendis & distillandis destinatum.

ALBUM CANIS, est stercus album Canis; vel dicitur Album Græcum, uti stercus Murium dicitur Album Nigrum.

ALCALI, dicitur sal omne purum absque acido & cum acido effervescens, quod extrahitur è cineribus vegetabilium vel Animalium apertô igne combustorum, vel calce cujusdam materiæ per lixivium elixatum,

ALCALISATIO, est, quando V. G. Spiritus vini Alcali quôvis imprægnatur, ut menstruum evadat magis dissolvens.

ALCHYMIA est propriè illa Chymiæ pars, quæ agit de Metallorum transmutatione sive depuratione.

ALCOHOL, vox origine Arabica, est purior substantia rei segregata ab impuritate suâ. Alcohol significat pulverem subtilissimum & impalpabilem. Interdùm spiritum fermentatione productum, rectificatissimum, ità dephlegmatum, ut accensus ardeat, donec totus consumatur, nihilque fæcum aut phlegmatis in fundo remaneat.

ALEMBICUS est instrumentum Chymicum, quod cucurbitis & vesicis distillatoriis operculi vice superimponitur: habet formam galeæ, intùs concavam, exteriùs convexam. Circa infimam partem rostrum habet cubitale, per quod vapores descendunt. Si sine rostro fuerint, usum potius in vasis circulatoriis obtinent, & Alembici Cæci vocantur. Conficiuntur ex ære, stanno vel vitro. Alii pro ipsa Cucurbita sumunt: iterùm alii pro Cucurbita capitello simul juncta.

ALHANDAL est nomen Arabicum Colocynthidis, quod imponitur Trochiscis de Colocynthide.

ALKAEST, PARACELSO & HELMONTIO eſt diſſolvens univerſale; ſed tale non fert rerum natura: GLAUBERO eſt Liquor Nitri fixi.

ALPHENIC, nomen Arabicum, Penidium, ſeu ſaccharum hordeatum ſignificans.

ALUDELLI vaſa ſunt ſine fundo, quæ ad ſublimationes ſibi invicem imponuntur & adaptantur.

AMALGAMA eſt commixtio alicujus Metalli cum Mercurio Vivo.

AMPULLA eſt vitrum rotundum, cui collum in ſummitate eſt.

AMURCA eſt fæx ſeu recrementum Olei.

AMYGDALATUM eſt lac artificiale, quod ex Amygdalis ritè contuſis mediante aquâ extrahitur.

ANA vel Anatica portio denotat æqualem diverſorum medicamentorum doſim; notatur *an. ã. ãã.*

ANALYSIS, eſt alicujus corporis, in ſua principia per Chymiam reductio.

ANAPHROMELI eſt Mel deſpumatum.

ANTHOS, ſic vocatur Flos Roriſmarini.

ANTIBALLOMENA ſive SUCCEDANEA, ſunt Medicamenta viribus ſimilia, quæ alteriùs defectu quandoque ſubſtituuntur.

APICES ſeu ANTHERA, ſunt Floris partes quæ in medio calicis ſeu folliculi, quô flos clauditur, erumpunt; STAMINA ſunt, quæ veluti filamenta ab intimo floris ſinu proſiliunt. Habent Apices ſæpius in ſummo quidpiam craſſiuſculum, à qua ſimilitudine nomen acceperunt.

APOMELI eſt Oxymel, ſeu Decoctum ex aceto & melle.

APOTHECA, vox græca ſignificans pixydem aut vas ſervandis medicamentis idoneum: ita etiam Officinæ Pharmaceuticæ appellantur. Indè Pharmacopei, id eſt Pharmaca componentes, Apothecarii vocati ſunt.

APOZEMA est decoctio ex Radicibus, Lignis, Corticibus, Herbis, Floribus, Fructibus, Seminibus &c., quæ in aqua aliovè liquido coquuntur ad remanentiam ut plurimùm Unciarum duodecim, quindecim, vel viginti.

APYROTHIUM, idem est ac sulphur vivum.

AQUA DISTILLATA, seu Stillatitia, est liquor distillatione ex quavis re elicitus; estque vel per se simpliciter, vel cum herbis aliisvè rebus prolectus.

AQUILA ALBA, Chymicis est Mercurius dulcis.

ARBOR, est quidquid à radice statim simplici caudice, brachiatum ramis, sulculosum, dissolutuque contumax assurgit.

AROMA, est corpus vegetabile, gratum fortemque spirans odorem, ut Caryophilli, Cinnamomum &c.

ARTICULI, sunt plantarum partes, quæ in nodos quosdam intumescunt, à quibus persæpè ramuli prodeunt.

ASELLI seu Millepedes vel Onisci.

ASSA DULCIS, id est, Benzoïn.

ASSATIO, est quædam coctio sicca per ignem, dum V. G. Rhabarbarum torresit, aut folia herbarum vel arborum in clibano exsiccantur.

AXUNGIA est pinguedo vel Sebum Porci, Sebo mollior.

AZYMUS PANIS, gallicè *Pain à chanter*, est panis fermenti expers, quô boli aut pilulæ ad faciliorem deglutitionem involvuntur: aliter Nebulas vocant.

B

BACCÆ dicuntur fructus minores herbarum, fruticum, arborumve, qui dispersiùs rariùsque nascuntur.

BADIAN semen, id est, Anisum stellatum.

BALNEUM, Chymicis dicitur variô modô, nempè Areno-

sum, Cinerum, Mariæ vel Maris, Vaporosum &c. Balneum Arenoſum eſt, cum retorta vel cucurbita in arena collocatur vel in cineribus. Balneum Mariæ eſt cum eadem inſtrumenta aquæ calidæ imponuntur; & cum vaporoſum dicitur, inſtrumenta tantùm vaporem aquæ excipiunt. Balneum Mariæ notatur B. M.

BISMALVA, id eſt Althæa.

BITUMEN, dicitur omne corpus, quod igni admotum facilè flammam concipit, ab ignis calore liqueſcit, in aqua non ſubſidet nec miſcetur.

BOCHETUM, Secundaria eſt, vel tenuior quorundam medicamentorum decoctio.

BOLUS eſt medicamentum conſiſtentiæ aliquantùm durioris quàm Electuarium, & plærumque pro una doſi ſumitur.

BOTANICA, eſt ea ſcientiæ naturalis pars, quæ docet ſtructuram, Vires & uſum plantarum, eaſque certâ methodô in ſuas claſſes & genera diſtribuit.

BRODIUM, eſt liquor in quo medicamenta vel aſſervantur vel diluuntur. Item ſic vocatur expreſſus ſuccus ex materia cocta, ut eſt Brodium Caponis.

BRUSCUS ſive Ruſcus.

BULBI, ſunt radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt Liliorum alborum &c.

BUTYRUM, pars eſt lactis pinguior, ab ipſo multâ agitatione & conquaſſatione ſecreta. A Chemicis hoc vocabulum tranſlatum eſt ad liquores oleoſos ex mineralibus paratos.

C

CALCANTHUM, ſeu Vitriolum.

CALCINARE eſt corpora dura, vel lapidea, mediante igne ità reſolvere, ut in tenuiſſimum pulverem redigi queant.

CALCINATIO PHILOSOPHICA ſeu SPARGYRICA eſt, cum cornua, oſſa aut ungulæ, ſuper aquam ferventem per aliquot horas ſuſpenduntur, donec omnem mucilaginem amiſerint & facilè in pulverem tundi queant.

CALIX, CALICES, ſunt oculi ſive gemmæ florum prodromi, ut oculi Populi arboris: vel eſt pars floris poſterior, craſſitudine quâdam notabili à pediculo diſtincta, flores vel involvens, vel ſuſtinens.

CALYPTRA, eſt involucrum tenue quorundam ſeminum.

CALX, Chymicis dicitur quilibet pulvis, per humiditatis ablationem, in partes tenuiſſimas ac velut impalpabiles redactus; idque intelligendum eſt de Metallis, Mineralibus, lapidibus &c.

CANDISATIO ſoli competit ſaccharo, quod in aqua ſolutum, purificatum, atque quadantenùs inſpiſſatum, in cryſtallos concreſcit, idque candiſari vocant.

CAPHURA, idem quod Camphora.

CAPILLAMENTA, ſunt filamenta illa tenuia, in florum medietate ſurgentia: ſeu particulæ teretes & oblongæ, in capilli modum extenuatæ.

CAPITA, circa herbas denotant rotunda illa ſeminum aut florum receptacula.

CAPREOLI ſunt filamenta tenuia, ex caulibus enata, contorta, quibus plantæ nonnullæ dotatæ ſunt, ut aliis ſeſe annectant, uti eſt in Vite, Clematum, Smilacum &c. ſpeciebus.

CAPUT MORTUUM, eſt reſidua illa materia, craſſa & ſicca, quæ in diſtillationibus omnium corporum, præcipuè Mineralium, remanet: communiſſimè autem remanentiam Vitrioli notat.

CARABE vel Succinum.

CARICÆ, id eſt, Ficus.

CARO, ſignificat ſubſtantiam iſtam molliorem Fructuum ſucculentorum, quæ cortici ſubeſt, quam aliàs Pulpam vocamus.

CATAPLASMA est medicamentum externum topicum, quod ex vegetabilibus appropriatis componitur, & in liquore determinato ad pultis consistentiam coquitur.

CATAPOTIUM est Medicamentum internum, quod deglutiendo ad alvum subducendam, in forma pilularum assumitur.

CATECHU, idem quod Terra Japonica.

CAUDEX dicitur in Arboribus & Fruticibus, id quod a radice supra terram simplex assurgit usque dum in ramos explicatur, & in quod a radice fertur alimonia.

CAULIS nominatur, id quod supra terram simplex prosilit: sicuti caudex ad Frutices & Arbores, sic caulis ad Herbas duntaxat pertinet.

CERATUM, Medicamentum est externum ex Cera, oleis, & nonnunquam pulveribus compositum, unguento crassius & emplastro mollius.

CETERACH, idem quod Scolopendrium.

CHAMÆMELUM, seu Camomilla.

CHARTA EMPORETICA seu Bibula, est papyrus sine glutine facta, admodum porosa, filtrationi inserviens.

CHINA CHINA, idem quod Cortex Peruvianus, Gannanaperides, specificum vegetabile.

CHRYSOCOLLA, id est Borax.

CHYMIA est ea Pharmaciæ pars, quæ mixtorum analysim tractat.

CINERATIO est materiæ per ignem in cineres reductio, dum V. G. Planta aliqua incineratur pro obtinendo sale.

CIRCULATORIUM est vas vitreum, in quo infusus liquor ascendendo & descendendo quasi in circulos rotatur. Hæc operatio Circulatio dicitur, & inservit liquorum exaltationi & corporum durorum dissolutioni.

CLARIFICATIO est modus, quô succi vel decocta turbida & crassa, clariora redduntur: quod fit filtratione, subsidentiâ, fermentatione, vel additione aceti, albuminis ovi aut lactis.

CLYSTER seu Enema est Medicamentum internum, fluidum, quod per anum in intestina ope siphonis injicitur.

COCTIO est particularum quarundam ex Medicamentis, mediante ebullitione, extractio.

COHOBATIO est, quando liquor distillatus, menstruo suo reaffunditur & deinceps distillationi exponitur; ut distillata viribus majoribus imprægnentur & magis spirituosa reddantur.

COLATORIUM est cribrum, pannus, aut aliud quid, per quod aliquid colatur.

COLATURA est quando liquor post coctionem aut infusionem, per cribrum aut pannum percolatus est, & a crassioribus particulis liberatur.

COMPOSITIO est, cum varia medicamenta invicem miscentur.

CONCRETIO est liquidæ alicujus substantiæ aut succi, in massam solidiorem condensatio, ut succus liquiritiæ &c.

CONDITUM est compositio è Conservis, Pulveribus, speciebus aromaticis, cum syrupo convenienti in Electuarii formam redactis. Sumitur etiam pro Medicamento simplici, saccharo vel melle condito.

CONFECTIO communiter vocatur Electuarium liquidioris consistentiæ; estque compositio ex pulveribus, gummis, saccharo, melle, syrupis &c. in unam massam conjuncta.

CONGELATIO, est quando liquores in massam, glaciei similem, rediguntur; ut sunt omnes salium Crystalli.

CONQUASSATIO, est quando vegetabilia succulenta, vel fructus recentes, qui ad succum exprimendum desiderantur, pistillo crassiusculè contunduntur.

CONSERVA, est compositio, quâ quodvis Vegetabile recens, minutim concisum aut contusum, saccharoque permixtum, futuro usui medico asservatur.

CONSISTENTIA dicitur, cum res ad certam craſſitiem coquitur; ut in ſyrupis coquendis aliiſque evaporandis fieri ſolet.

CONSOLIDA major, vel Symphytum.

COR in Vegetabilibus, eſt quod in medio ligni reſidet, & tertium à cortice continetur.

CORTEX eſt exterius tegumentum, ſeu cutis Vegetabilium.

CREPATURA eſt Fructuum aut Seminum ea inter bulliendum mollificatio, ut diſſilire jam videantur.

CRIBRATIO dicitur, quando per cribrum pulvis ſubtilis à craſſiore ſeparatur.

CRIBRUM eſt inſtrumentum ex ſerico aut ſeta plærumque confectum, quô olea, liquores &c. percolantur, vel pulveres trajiciuntur: atque eſt vel rarum vel denſum, apertum vel clauſum.

CRUCIBULUM eſt fuſorium vas terreum igne fortiſſimô factum, baſi acutâ, deſinens in ampliorem capacitatem formâ triangulari vel rotundâ, ad fundenda & eliquanda mineralia & metalla inventum.

CRYSTALLISATIO fit, cum abſumptâ, ſive ignis ſive ſolis calore, parte aliquâ liquoris ſale imprægnati, quod reliquum eſt in loco frigido reponitur, ut ſalis moleculæ ad ſe accedentes, Cryſtallos forment.

CUCUPHA, pileolus eſt interpunctatus, qui intra ſe & duplicaturam pharmaca cæphalica continet.

CUCURBITA vas Chymicum turbinatum eſt, ex cupro ſtannô obducto, ex terra vel vitro confectum, per quod diſtillationes per alembicum inſtituuntur.

CYMÆ ſunt herbarum delicatiores tenerioreſque folliculi, quos à prima germinatione, in ſumma ſtirpe proferunt.

CYNORRHODON, ſeu Cynosbatos.

DEAURATIO,

D

DEAURATIO, dicitur quando pilulæ aurô foliaceô obducuntur.

DECANTATIO est liquoris lympidi à fæcibus effusio.

DECLINATIO. Per DECLINATIONEM aut INCLINATIONEM aliquid effundere, est, quando vas continens declinatur ita ut liquor sensim effundatur, ne sedimentum moveatur & liquorem turbet.

DECORTICATIO, est quando Radices, Semina, Fructus &c. à suo cortice liberantur.

DECREPITATIO de sale communi & similibus salibus muriaticis dicitur, quæ cum ad ignem sine fusione calcinantur, strepitum seu crepitum edunt, donec aquosam partem amiserunt.

DEFLAGRATIO est operatio, quâ medicamenta subitò per ignem purgantur, ut Nitrum cum Sulphure, Antimonium cum Nitro.

DEFRUTUM est Mustum ad dimidias coctum, ut SAPA ad tertias partes.

DELIQUIUM CHYMICUM, est rem solvendam in locum humidum collocare, ut per se in liquorem vertatur.

DENS LEONIS, seu Taraxacum.

DEPHLEGMATIO est operatio, qua, reïteratâ distillatione, aqua superflua a spiritibus vel puriori parte separatur.

DEPURATIO est rei cujusdam puræ ab impura separatio; sive hoc fiat per residentiam, dum materia crassior ad fundum vasis delabitur; sive per despumationem & clarificationem.

DESICCATIO est superflui humoris vel humiditatis, mediante calore, evaporatio.

DESPUMATIO est alicujus rei, ut Syrupi, Mellis &c., inter coquendum, Spumæ detractio.

DESTILLATIO, est partium Spirituosarum, humidarum vel oleosarum, in halitus fumosve, vi ignis extenuatarum atque elevatarum extractio. Duplex est destillatio; altera PER ASCENSUM, quando ignis materiæ destillandæ subter ponitur; altera PER DESCENSUM, dum ignis supra eandem materiam ponitur.

DETONARE dicitur, quod cum flagratione & strepitu calcinatur, ut Antimonium cum Nitro.

DIES NATURALIS est spatium viginti quatuor horarum.

DIGERERE est materiam in liquido natantem, blando & constanti calore fovere.

DIPLOË est vas duplex, quod Chymicis usu venit, uti quando vas continens alio vasi arenâ, cineribus aut aquâ repleto imponitur.

DISPENSATIO est medicamentorum simplicium, eorumque electorum & mundatorum, quæ ad certam compositionem necessaria sunt, methodica in ordinem dispositio.

DISSOLUTIO est, quando Salia, Resinæ aut aliud quid, in spiritu vini, vel alio liquore dissolvuntur.

DOSIS, est Medicamenti determinata portio, Sive quantùm unica vice exhibetur.

DRACHMA est pondus, quod octavam Unciæ partem constituit; in hac regione pendet grana sexaginta.

DRACONTHÆMA, sic a quibusdam vocatur sanguis Draconis.

E

EBULLITIO, est liquorum mediante igne rarefactio. Vel quando alcalia & acida mutuò commiscentur.

ECLEGMA, sive LINCTUS, quem Arabes LOCH, LOHOC, LOOCH appellant, est medicamentum internum, quod Syrupo crassius est.

EDULCORARE primò dicitur, si calcinata sale gravida, aquâ ut plurimùm calidâ tam diu abluantur, donec materia relicta nullum amplius salium saporem habeat; secundò, si potiones additô sacchаro aut Syrupô gratiores reddantur.

ELÆOSACCHARUM, oleum est stillatitium cum saccharo mixtum.

ELECTUARIUM seu ELECTARIUM, id est, pharmacum ex electis medicamentis compositum; consistentiam Conservæ instar crassam habet.

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, ex quibus mixta componuntur & in quæ resolvuntur. Elementa Chymicis communiter dicuntur quinque: SPIRITUS, SAL, SULPHUR, AQUA & TERRA; quorum postrema duo, passiva; cætera activa vocant.

ELIXATIO est, quando res coquendo emolliuntur.

ELIXIR est tinctura seu essentia alicujus rei, per spiritum vini aut aliud simile menstruum, extracta.

EMPLASTRUM est medicamentum topicum, quod linteo vel pelli tenui inductum, cuti applicatur, eique tenaciùs adhæret. Componitur vulgò ex oleis, aut iis quæ olei consistentiam ferè habent, qualia sunt Axungiæ, Medullæ, Butyrum, Mucilagines; item ex pulveribus & Cera, aut iis quæ ad ceræ consistentiam accedunt, ut Resina, Pix, Gummi &c., cujus massa adhuc calida in teretes & longas figuras, sive Magdaleones cylindraceas formatur.

EMPYREUMA, seu adustum, est odor ingratus quô imprægnantur liquores violentô nimis igne destillati.

EMULSIO est Medicamentum potulentum, lactis colorem æmulans, ex seminum quorundam medullâ cum affuso liquore educta, compositum, cujus colaturæ Syrupus, saccharum &c. adjiciuntur.

ENULA CAMPANA, seu Helenium.

EPITHEMA est Medicamentum externum liquidum, quod partibus corporis nobilioribus, linteô stupâve exceptum, admovetur.

ESSENTIA. Hoc vocabulum ſignificat accuratè loquendo illam rei partem, in qua vires potiſſimùm reſident, à craſſiori ſeparatam. Unde Tincturæ, quæ mixti EXTRACTUM, OLEUM &c. recipiunt, jure meritò Eſſentiæ vocantur.

EVAPORARE eſt liquorem calori exponere, ut exhalet humiditas.

EXCEPTIO eſt incorporatio aut permixtio pulverum ſiccorum cum humiditate quapiam.

EXCORTICATIO, eſt corticis exterioris denudatio, quod uſitatum eſt circa radices, fructus, ſemina &c.

EXPRESSIO actio eſt exprimendi ſuccum aut oleum Medicamenti, poſt ejus infuſionem, decoctionem aut contuſionem.

EXTINCTIO dicitur quando lapis, metallum aut minerale ignitum in aliquo liquore extinguitur. Altera eſt Extinctionis ſpecies impropriè dicta, quando ſcilicet Mercurius vivus cum Therebinthina aut Axungia ità miſcetur, ut percipi nequeat.

EXTRACTIO, idem quod ſeparatio partis exquiſitioris a craſſiori. Sic extrahitur Caſſiæ & Tamarindorum pulpa. Sic ope menſtrui partes ſubtiliores a craſſioribus ſegregantur, quæ ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſatæ, EXTRACTUM vocantur.

F

FÆCES dicuntur impuræ & craſſæ liquidi partes, quæ pondere ſuô ad vaſis fundum præcipitantur.

FARFARA, id eſt Tuſſilago.

FECULA eſt pulvis in certis vegetabilium expreſſionibus ſubſidens, ut Fecula Bryoniæ, Aronis &c.

FERMENTATIO eſt inteſtinus motus vegetabilibus corporibus inductus, eadem ità mutans, ut deſtillationi ſubjecta primò prodant SPIRITUM inflammabilem, tenuem, vola-

tilem, acrem, aquæ miſcibilem: vel prodant liquorem minus volatilem, acrem, non inflammabilem, acidum, aquæ pariter miſcibilem, Acetum dictum.

FIBRÆ, id eſt, filamenta ſive Villi in Vegetabilibus.

FILTRATIO eſt ſubductio alicujus humidi per Pannum, Manicam aut Chartam Emporeticam, ſic ut clarum guttatim decidat, relictis fæcibus in Filtro,

FILTRUM eſt pannus laneus, vel charta emporetica, per quam liquores percolantur ad clarificandum, ut fit per manicam Hippocratis.

FIXA ſunt, quæ vel magnâ ignis tortura non exaltantur, vel elevantur, ut Salia Fixa.

FLORES CHYMICI ſunt ſubtiliores corporis partes per ſublimationem a partibus craſſioribus ſub forma ſiccâ ſeparatæ.

FLORES CORDIALES ſunt tres ſequentes; Flores Borraginis, Bugloſſæ & Violarum.

FOLLICULUS eſt theca rei cujuslibet tenuis, quæ granum vel ſemen continet involutum.

FORMULA eſt præſcriptum indicans quædam medicamenta à Pharmacopæo paranda.

FRAGMENTA LAPIDUM PRETIOSORUM numerantur quinque, ſcilicet Granati, Hyacinthi, Sapphiri, Sardi ſeu Carneoli, & Smaragdi.

FRUCTUS ſunt grandiores ac ſucculenti plantarum fœtus, & ſeminum receptacula. Frequenter tamen pro eo, quod involucro, locô carnis, & ſemine coactum eſt, accipi ſolet.

FRUTEX eſt planta inter herbas & arbores media, perennis & gemmipara, ad arboris magnitudinem non aſſurgens, ad ligneam tamen indolem proximè accedens.

FUMIGATIO dicitur, dum corpus quodvis alteriûs fumo exponitur; ſic ſcammoneum ſulphure fumigatur.

FURNUS eſt locus, in quo ignis, ad materiam Chymicè tractandam, dextré & convenienter accomodatur.

FUSIO eſt liquatio per gradus ignis, ut contingit in metallis & mineralibus.

G

GELATINA, ſuccus eſt inſpiſſatus, viſcoſus, lucidus, fitque plerumque ex coctis partibus animalium.

GLYCYRRHIZA, idem quod Liquiritia.

GNAPHALIUM, ſeu Pes Cati.

GRADUS IGNIS. Sunt quatuor: primò, ſenſim & mediocriter materia excaleſit; ſecundò, augetur ignis tribus aut quatuor carbonibus; tertiò, ſenſim carbo carboni additur, donec magnus exurgat ignis; quartò, & lignô & carbone violentus accenditur ignis.

GRANA PARADISI, ſic vocant Semina Cardamomi majoris.

GRANUM, pondus minimum, vigeſimam conſtituit ſcrupuli partem, & æquat pondus grani Hordei modicè craſſi. Inter granum Pharmaceuticum & illud, quod in re monetaria adhibetur, nulla eſt differentia.

GUMMI, liquor eſt concretus, ex arboribus aut herbis diſtillans, in aqua ſolubilis, non inflammabilis, alioquin eſt Resina.

H

HAGIOSPERMUS, ſic à nonnullis vocatur ſemen Santonicum, ſive Zedoariæ.

HALICACABI, idem quod Alkekengi.

HAUSTUS eſt liquida medicamenti interni forma, in unicam doſim.

HELXINE, ſeu Parietaria.

HERBA, eſt planta Frutice minor, cujus caulis ſingulis annis perit, novô deinde renaſcente, vel a radice foliato, vel nudo, floribus & ſemine donato. In praxi tamen pro foliis ſolis ut plurimùm uſurpatur.

HERBÆ CAPILLARES numerantur quinque ; Capillus Veneris, Phillyris seu Lingua Cervina, Polytrichum seu Trichomanes, Ruta muraria, & Scolopendrium seu Ceterach.

HERBÆ EMOLLIENTES sunt quatuor, scilicet Althæa, Beta vel Parietaria, Malva & Violaria.

HERMETICUM SIGILLUM dicitur, dum collum vasis vitrei ignitum & molle, per se exactè clauditur.

HISPIDULA seu Pes Cati.

HORDEATUM est medicamentum liquidum, ex hordeo ad crepaturam in aqua cocto, Sacharô edulcoratum.

HYDRARGIRUS, seu Mercurius.

HYDRELÆUM est mixtura ex aqua & oleo.

HYDROCRITHE, sic aliqui appellant Aquam Hordei.

HYDROMEL, sive Decoctio ex aqua & melle.

HYDROPEGE, apud nonnullos idem est ac Aqua Fontis.

HYPOCAUSTUM est locus in quo medicamenta liquidiuscula siccantur, ut Tabellæ &c. ; vel quæ facilè liquescunt sicca conservantur.

J

JBISCUS, seu Althæa.

JGNIS ARENÆ seu Balneum Arenæ dicitur, cum vas terreum aut vitreum, ad materiæ inclusæ circiter altitudinem, arenâ circumdatur, & sic igni exponitur.

JGNIS GRADATUS, qui per gradus augetur.

JGNIS NUDUS, dum materia, aut vas materiam continens, carbonibus ardentibus immediatè superponitur.

JGNIS REVERBERII, est quando in fornace viva flamma in modum rotæ vas distillatorium ambit, estque maximus ignis gradus, dum undique à parietibus fornacis reflexus in vas medium agit.

JGNIS SUPPRESSIONIS eſt, quando retorta in arena collocata eſt, & infra & ſupra arenam ignis fortiſſimus adhibetur.

JMBIBERE eſt rem humiditate per vices potare, ſeu rem liquore humectare.

JMPALPABILIS dicitur pulvis, dum digitis tractatus vix percipitur.

JMPRÆGNATIO, eſt ſpecies imbibitionis, quando res aliis rebus implentur; V. G., ſi Tartarus viribus emeticis ab Antimonio imprægnetur.

JNAURATIO. Vide Deauratio.

JNCINERATIO. Vide Cineratio.

JNCLINATIO, eſt quando liquor tenuis a craſſa ſubſidentia ſenſim effunditur.

JNCORPORATIO, eſt commixtio, quà humida cum ſiccis in unius corporis maſſam coadunantur.

JNFUNDIBULUM, vulgò TRITORIUM, eſt vas tranſmittens in ſummitate latum, quod paulatim in fiſtulam cuſpidatam deſinit: ex metallo fabricatur vel ex vitro.

JNFUSIO eſt extractio virium ex medicamentis per liquorem convenientem facta, cum vel ſine igne.

JNGREDIENTIA, dicuntur varia ſimplicia, quæ unicum compoſitum conſtituunt.

JNSOLATIO eſt, cum materia radiis ſolaribus pro cienda fermentatione, aut procurandâ maceratione vel exſiccatione, exponitur.

JNSPISSARE eſt, dum liquida materia evaporando in maſſam tractabilem & debitam conſiſtentiam redigitur.

JNTERPASSATIO, dicitur de ſacculis ſeu fomentis ſiccis, idemque eſt quod INTERSUERE, ne materia incluſa conglomeretur.

JRRORATIO dicitur, cum pulvis vel rotulæ aliquo humido, vel oleo diſtillato guttatim parùm conſperguntur.

JVA

JVA ARTHRITICA, ſeu Chamæpitys.

JULEPUS ſeu JULAPIUM, eſt potio ex Syrupis & aquis diſtillatis, aut decoctione aliquâ, potiſſimùm confecta.

JUPITER, ſic vocatur ſtannum.

L

LABORATORIUM, eſt ille locus, in quo Chymici ſuas operationes peragunt.

LÆVIGATIO, eſt exactiſſima trituratio, qua Medicamentum aliquod ſuper Porphyritem, molari lapide, manu verſatili, tam diu verſatur affuſo liquore conveniente, ut in pollinis pulveriſque penè impalpabilis formam redigatur.

LAMIUM, ſeu Urtica mortua.

LAPATHUM ACUTUM, id eſt, Oxylapathum.

LAPIDES in ſingulis tribus mundi regnis locum ſibi vendicant: inter vegetabilia, cortices duriores nucleum includentes, dicuntur lapides. In animalibus habentur, ut Bezoar. Inter mineralia ſunt lapides pretioſi & minus pretioſi.

LAPPA MAJOR, ſeu Bardana.

LAVATIO ſeu LOTIO, potiſſimùm dicitur de reſinoſis, terreis, mineralibus & metallis, cum aqua vel alio liquore ab eorum immunditie purgatis, poſteaque exſiccatis.

LEPTOPITYRON, id eſt, Furfur macer.

LEUCELECTRUM, eô nomine Succinum album à quibuſdam vocatur.

LEUCOENUS, eſt Vinum album.

LIBER, eſt vegetabilium pars corticis interior, quæ ligno preſſiùs adhæret.

LIBRA, apud Medicos Uncias duodecim pendet, apud Mercatores ſexdecim. Magna eſt inter Uncias utriuſque Libræ differentia; ſedecim enim unicæ civiles ferè ad Viginti Uncias Medicas aſcendunt.

LIGNUM SANCTUM, idem quod Guaiacum.

LINIMENTUM est Medicamentum externum, consistentiâ inter oleum & unguentum mediâ.

LIQUEFACTIO, est quando oleosa vel resinosa, super ignem lenté & integré solvuntur.

LIXIVIUM, est sal aquâ solutum : præparatur vulgò ex cineribus, ex quibus, mediante aquâ, sal quod continent elixiviatur.

LOCULAMENTA, sunt in plantis seminum involucra, quæ veluti parvæ capsulæ ea occludunt.

LORICATIO, est actio chymica, quando Retorta igni nudo exponenda Lutô, argillâ, aut aliâ materiâ, ut à nimia ignis tortura defendatur, obducitur.

LUJULA, id est Acetosella.

LUNA, sic vocatur Argentum.

LUTATIO est vasorum chymicorum mediante lutô obsignatio.

LUTUM est materia glutinosa & adhærens, aquâ subacta, quâ vasa distillatoria sibi imposita, ne quid expiret per rimas, obsignantur.

M

M. Significat Misce.

MACERARE, dicitur quando dura quædam corpora in aqua, aliôve liquore, mediante calore aut frigore infunduntur per magnum temporis spatium, ut partes emolliantur, ab aqua penetrentur, cum illa misceantur, vel aptæ evadant miscelæ si decoquantur.

MAGDALEONES sunt cylindraceæ emplastrorum, vel aliarum rerum massæ.

MAGISTERIUM, propriè designat pulverem solutione ac præcipitatione paratum ; impropriè resinosam materiam simili modo productam.

MAGMA, id eſt fæces poſt decoctionem aut ſuccorum expreſſionem relictæ.

MALAXATIO, eſt quando maſſæ quædam pilularum aut emplaſtrorum, in maſſam cum aliis rebus ſubiguntur, ſive id manu fiat, ſive pilâ.

MALICORIUM, id eſt, Granatorum Cortex.

MANICA HIPPOCRATIS eſt ſacculus laneus figurâ pyramidali, quô liquores percolantur.

MANIPULUS, eſt menſura ſicca Medicis in præſcribendis formulis familiaris, quæ vulgò æſtimatur quantum manu comprehendi poteſt. Notatur per M.

MARS, id eſt Ferrum.

MASSA dicitur omnis compoſitio ex pulveribus, aliiſque rebus ſiccis, cum fluidis in unam ſubſtantiam redactis; uti ſunt maſſæ pilularum, emplaſtrorum.

MATRATIUM, eſt vas vitreum, rotundum, collô oblongô.

MEDULLA, inter Mineralia partem molliuſculam denotat, quæ in ſaxis nonnunquam reperitur. Inter Vegetabilia, eſt media cujuslibet caulis, ſeminis, fructûs pars mollior. Quoad Animalia, medulla eſt pars pinguis & mollis quæ in oſſium cavitatibus continetur.

MELANOSMEGMA, ſic dicitur ſapo niger.

MELICRATUM, eſt Mulſum quod componitur ex una parte mellis & octo partibus aquæ pluvialis.

MELLAGO, eſt medicamentum quodlibet ad conſiſtentiam mellis reductum.

MENSIS CHYMICUS ſeu PHILOSOPHICUS, conſtat ex quadraginta diebus.

MENSTRUUM dicitur liquor omnis qui rebus diſſolvendis, aut rerum viribus ſive per infuſionem, ſive per diſtillationem extrahendis, aptus eſt.

MENSURA, eſt tam aridorum quàm liquidorum quædam determinata quantitas.

METALLUM est substantia admodum solida & rigida, malleabilis, igne fusilis, frigore concrescens, quæ in montibus & cryptis subterraneis invenitur. Numerantur sequentia; AURUM, ARGENTUM, FERRUM, ÆS sive CUPRUM, STANNUM & PLUMBUM. Jis quidam addunt MERCURIUM; sed quia metallum malleabile quid est, ideo potius Mineralibus annumerandus erit.

MINERA, est terra seu materia, ex qua Mineralia & maximè Metallica ignitionibus & liquefactionibus extrahuntur.

MINERALIA, sunt ea quæ non sunt vegetabilia nec animalia; ut Metalla perfecta, quæ propriè METALLA vocantur, & ea quæ Metallis proxima, seu Metalla imperfecta sunt. In ultimorum classe reperiuntur sequentia: Antimonium, Cinnabaris nativa, Sulphur, Marcasita, Creta, Plumbago, Auripigmentum, Argentum vivum, Boli & lapidum species. Hisce accedunt Alumen, Vitriolum, Borax, Sal gemmæ, Succinum &c.

MIXTA, dicuntur omnia corpora naturalia, sive ex animali, vegetabili aut minerali regnô petantur.

MIXTURA, vulgò dicitur substantia liquida ex variis medicamentis commixta; præcipuè usurpantur Aquæ distillatæ, Spiritus, Olea, Syrupi, Pulveres, Confectiones, Opiata.

MORSULI seu TABELLÆ, medicamenta sunt plana, figuræ aut rotundæ aut quadratæ, ut plurimùm parata ex pulveribus saccharo soluto exceptis, superque tabulam effusis, ut consolidentur.

MORTARIUM est vas ex marmore, ære, ferro, ligno, vel vitro confectum, in quo pistillô ligneô, vitreô, ferreô, vel æneô res quædam contunduntur.

MUCAGO & MUCILAGO, est extractio viscida, mediante aquâ, ex seminibus, Gummi, radicibus &c.

MULSUM, idem quod Hydromel.

MUNDARE, est mixtum a partibus crassis, inutilibus aut nocivis purgare.

MUSCUS. Sunt plantulæ parvæ ſui generis, arboribus, lapidibus &c. accreſcentes.

MYVA, idem eſt quod fructuum gelatina.

N

NECTAR, eſt potus medicamentoſus, colore tamen, guſtu & odoratu gratiſſimus.

NENUPHAR, ſeu Nymphæa.

NEOGALA, eſt lac recenter mulctum.

NUTRITIO, dicitur, quando diverſæ naturæ liquida ſimul agitantur, uſquedùm conſiſtentiam ſpiſſam acquiſiverint.

O

OCULI, in vegetabilibus ſunt florum prodromi, inque flores & folia explicantur.

OCYMUM, ſeu Baſilicum.

OENOGALA, eſt compoſitio ex vino & lacte; vel ut alii volunt, Vinum lactei teporis.

OENOLEUM, eſt Vini & Olei mixtio.

OFFICINA, communiter hæc vox ſumitur pro quocumque loco, in quo laborant artifices, ſed ſenſu medicô propriè Pharmacopœi officinam denotat.

OLEUM, eſt pinguedo quædam fluida ex fructibus aut ſeminibus expreſſa; vel eſt diſtillata ex rebus pinguibus.

OMPHACIUM, id eſt ſuccus Agreſtæ.

OPIATA; generaliter hæc denominatio ſumitur pro omni electuario in plures doſes concinnato; ſed ſpecialiter pro iis quæ Opium recipiunt.

OVUM CHYMICUM ſeu Philosophicum, eſt vitrum infe-

rius rotundum, quod in superficie fistulam ex eadem materia oblongam habet. Ad circulandos & exaltandos liquores inservit.

OXYCRATUM, id est, Aceti & aquæ mixtura.

OXYMEL, Syrupi species est, ex Aceto & Melle.

OXYRHODINUM, est Olei Rosacei & Aceti mixtura.

P

PANNUS, gallicè BLANCHET, est panni albi quadratum, colandis liquoribus destinatum.

PAPAVER RHEAS, idem quod Papaver Rubrum & Erraticum.

PART : ÆQ : id est, partes æquales.

PARTHENIUM seu Matricaria.

PASSULÆ MINORES, seu Corinthiacæ.

PASTILLUM, est globulus qui gratum odorem, sive per se, sive ad ignem fumando, spargit.

PENIDIUM, est sacchari clarificati & depurati species, quæ in baccillos arte redigitur.

PES LEONIS, seu Alchymilla.

PETIA, est linteamentum ex quo sacculi formantur in usum medicum.

PETUM, seu Nicotiana & Tabacum.

PHARMACIA, est ea Medicinæ Pars, quæ doctrinam præparandorum & componendorum Medicamentorum docet.

PHARMACOPOEA, seu Dispensatorium, est ille liber qui præparationem & compositionem Medicamentorum describit.

PHARMACOPOEUS, dicitur ille qui Medicamenta componit.

PHARMACOPOLA, dicitur ille qui Medicamenta vendit.

PHIALA, dicitur vas vitreum ex ventre amplo in modum Sphæræ rotundæ, gracilem canalem in proceritatem emittens.

PHILLYRIS, ſeu lingua Cervina.

PHLEGMA, principium Chymicum, dicitur aqua pura & inſipida, quæ per diſtillationem a mixtis ſeparatur.

PHU, ſive Valeriana.

PHYSALUS, quibuſdam idem eſt ac Bufo.

PHYTOLOGIA, idem quod BOTANICA.

PILA, ſpecies mortarii eſt, ex varia materia fabricata, ut æneâ, lapideâ, vitreâ &c. ſumitur & pro piſtillo.

PILULA, eſt Medicamentum ſolidum ſphæricâ figurâ, piſi magnitudine, ex pulveribus, gummis, extractis &c. glutinoſo liquore exceptis, efformatum, deglutitioni faciliori inſerviens.

PISTILLUM, eſt inſtrumentum Pharmaceuticum, quô res in mortario tunduntur. In Botanicis ſic vocatur pars illa floris, quæ ejus centrum inter ſtamina occupare ſolet, & piſtilli oblongi pharmaceutici formam habet.

PIX, eſt pars reſinoſa ex arboribus, uti Pinu, Abiete, Therebintho &c. vi ignis extorta; eſtque ea vel liquida, vel craſſior, vel craſſiſſima.

PLANTA eſt vegetabile integrum, ſive Arborem intelligas, ſive Fruticem, ſive Herbam; eſtque corpus organicum, per radicem terræ affixum, unde nutrimentum capiens, creſcit.

POLYTRICHUM, ſeu Trichomanes.

POMATUM, eſt unguentum grati odoris, ex axungia porcina confectum, cum additamento odorem conciliante.

PORPHYRITES, eſt lapis ex ſilice aut Porphyrite, ſuperficie lævi & æquali, ſuper quo, ancillante aliô lapide, curſore dicto, corpora dura in ſubtilem pulverem rediguntur.

POTIO eſt mixtum vel diſſolutio ex variis, ab ægris ſecundùm Medici præſcriptum haurienda.

PP. Significat præparare vel præparatum.

PRÆCIPITARE dicitur, dum in liquore ſolutio facta, per alium aut contrarium liquorem, ad fundum præcipitatur.

PRASSIUM, ſeu Marrubium.

PROCESSUS CHYMICI, nihil aliud ſunt quàm Operationes Chymicæ integræ.

PROJECTIO dicitur, quando pulvis calcinandus crucibulo cochleatim, ſive per vices, injicitur.

PUGILLUS eſt herbarum, florum & ſeminum menſura, quæ id continet, quod duobus digitis & pollice prendi poteſt. Notatur Pug.

PULPA, eſt medulloſa fructuum, radicum & ſeminum pars, quæ plærumque vel per ſe, vel infuſione aut coctione extrahitur, eam per ſetaceum trajiciendo.

PULVERISATIO, eſt, quando contundendo res duræ in pulverem reducuntur.

PURIFICARE, eſt a ſordibus ſeparare; fitque lavando, clarificando, filtrando & digerendo.

Q

Q. P. Significat quantum placet.

Q. S. Denotat quantum ſatis.

Q. V. Significat quantum vis.

QUID PRO QUO, eſt quando Medicamentum unius indolis & qualitatis pro altero ſubſtituitur à Pharmacopœis, hoc tamen, non niſi Medicorum conſenſu faciendum.

R

RADICES APERIENTES ſunt numerô quinque, Apii, Aſparagi, Fæniculi, Petroſelini & Ruſci.

RADIX, eſt infima pars Plantæ, terræ infixa, per quam nutrimentum capiens creſcit, eſtque vel fibroſa vel bulboſa.

RASIO, eſt corpus durum in partes minutiores lamellatim ſecare; ſic raditur Cornu Cerv. &c. Rasio etiam dicitur, dum Radicis pars exterior cultrô aufertur.

RASPATORIUM ſeu RADULA, eſt inſtrumentum ex lamina ferreâ pertusâ & plærumque aſſeri parvo affixâ, cujus inæqualitate & ſcabritie, radices, ligna &c. raduntur.

RECIPIENS eſt vas terreum aut vitreum, quod roſtro Alembici vel collo Retortæ adaptatur in diſtillationibus.

RECTIFICATIO, eſt diſtillatio repetita liquorum jam antea diſtillationi ſubjectorum, ad eos magis purificandos & exaltandos.

REFRIGERATORIUM, Chymicis eſt vas illud quod aquam frigidam continet, quâ mediante vapores in diſtillatione exaltati per refrigerationem condenſantur in aqueam ſubſtantiam.

REGENERATIO, Chymicis vocatur quando res quædam operationibus in aliam formam redactæ, ope aliarum operationum, vel peregrinorum additorum, in eandem naturam, qua prius gaudebant, reducuntur.

REGISTRES vel REGISTRA, Spiracula furni ſunt, quæ aër ingreditur ſub venti ſpecie, vel quibus ſupernè exit, & quibus hinc pro Operatoris intento dirigitur ignis; iis enim clauſis, ignis debilior fit, verùm apertis intenſior.

REGNUM, eſt certa quædam reductio rerum in tellure noſtra reperiundarum ad aliquam claſſem generalem: tale in Medicina conſtitutum fuit triplex. Vegetabile, continens ſub ſe omnium plantarum genera. Minerale, continens omnia quæ ex terra effodiuntur, neque tam manifeſtam ex ſuo ſemine ac vegetabilia originem habent. Animale, complectens omnia animantium genera in quovis medio vitam ſuam degentia.

REGULUS, illud eſt quod, in probatione aut fuſione alicujus mineræ, manet in crucibuli fundo; ſeu nobiliſſima eſt totiûs eſſentia.

RESIDENTIA, est materia crassa & terrestris quæ ad fundum liquorum turbidorum per quietem, sub forma fæcum, delabitur.

RESINA, sunt arborum aut herbarum concretæ lacrymæ, quæ tempore & solari calore indurantur; substantia earum est pinguis, suntque inflammabiles & in oleo solubiles.

RETORTA, vas est distillatorium, sic dictum, quia collum ejus ad instar cornu retortum est. Dicitur etiam CORNUTA.

REVIVIFICATIO, idem quod REGENERATIO.

RHODELÆON, est Oleum Rosarum.

RHODINUM, est Acetum Rosaceum, aut aliud quid ex ROSIS paratum.

RHODOMELI, est Mel Rosarum.

RHODOSACCHARUM, est Saccharum Rosaceum.

RHODOSTAGMA est Aqua Rosarum.

ROB est succi cujusdam ex Vegetabilibus, cum saccharo aut melle, in duriusculam sapæ consistentiam, coctio & inspissatio.

ROSÆ DAMASCENÆ, seu Pallidæ.

ROSTRUM, dicitur fistula illa, quæ Capitellis distillatoriis continua est, per quam ex galea liquor distillatus in recipiens suppositum stillat.

S

S. A. Denotat secundum Artem.

SACCULI MEDICINALES, componuntur ex variis simplicibus, scopo Medici convenientibus; eaque si opus fuerit conteruntur, sacculoque, cujus figura parti affectæ quadrat, excipiuntur, qui sæpè, né materia in unum locum coacervetur, acu in quibusdam locis intersuitur.

SAL, eſt materia in aqua ſolubilis & igne liqueſcens; eſtque Fixum, vel Volatile; Acidum, Alcalinum, vel Neutrum. Fixum, eſt quod magnâ ignis vi non avolat, ſed ejus torturam ſecurè patitur; ut ſal Tartari. Volatile, eſt quod ſponte, vel minimô ignis calore ſurſum evehitur & in auras evaneſcit; uti omnia ſalia volatilia arte facta. Acidum, eſt quod tali ſapore ſe prodit, & ſolutum cum alcalicis efferveſcit. Alcalinum, eſt quod ignei vel urinoſi ſaporis, cum acidis ſolutis ebullit. Neutrum, eſt quod nec ebullit cum acidis nec cum alcalinis; ut ſal marinum.

SANTONICI SEMEN, id eſt, Semen Cinæ, Zedoariæ, Semen contra.

SAPA, eſt ſuccus Uvarum maturarum, in mellis conſiſtentiam igne evaporatus.

SAPO, eſt compoſitum ex ſale Alcalino & Oleo expreſſo vel diſtillato, coctione unitis & redactis ad materiam conſiſtentem vel planè ſolidam.

SATURNUS, ſic vocatur Plumbum.

SCOLOPENDRIUM, ſeu Ceterach.

SCORIÆ, ſunt recrementa metallica, ſive partes metallorum, quæ in fuſione vel in cudendo, vi ignis corroduntur in maſſam mortuam, non amplius ſolubilem.

SCRUPULUS, tertia pars Drachmæ; pendet grana viginti.

SCUTUM, eſt Emplaſtrum ſcuti figuram referens, quod Stomacho, Cordi, aliiſve locis applicatur.

SEBUM CASTRATI, dicitur de Sebo Vervecis.

SEMEN, in Officinis minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus ſimile naſci poteſt.

SEMINA CALIDA MAJORA numerantur quatuor, ſcilicet Aniſi, Cardamomi, Cumini & Fæniculi.

SEMINA CALIDA MINORA ſunt ſequentia quatuor, ſemen Ammios, Apii, Carui & Dauci.

SEMINA FRIGIDA MAJORA, ſunt pariter numerô quatuor, Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli & Melonum.

SEMINA FRIGIDA MINORA totidem ſunt numerô, videlicet Cichorei, Endiviæ, Lactucæ, necnon Portulacæ.

SEMPERVIVUM, idem quod Sedum.

SEPARARE, denotat, dum oleum ab aqua ſeparatur, quod fit per infundibulum anguſti orificii, vel per goſſypium, vel chartam emporeticam.

SETACEUM, cribrum ſic dictum, quod tela ex porcorum ſetis, ſed etiam ex quadrupedum crinibus, confecta ſit; pro pulveribus ſubtilioribus trajiciendis præfertur tela cribri ex bombyce elaborata.

SIMPLICIA, ſunt Medicamenta unius nominis & generis, ex quibus ſeorſim collectis componitur materia medica, ut ſunt Radices, Herbæ, Semina, Flores, Gummi, Succi, partes animalium, Lapides, Metalla, Mineralia, Marina.

SOL, ſic appellatur Aurum.

SPARADRAPUM, eſt linteum utrinque unguento ſpiſſo vel emplaſtro tinctum, & hoc modo fit; poſt liquationem Unguentorum vel Emplaſtrorum, linteum penitùs immergitur, quod tinctum extrahitur, extenditur, expolitur & in uſum ſervatur.

SPATHA vel SPATULA eſt inſtrumentum oblongum, ex argento, chalybe, cupro aut ligno confectum, inferius latum, quô Electuaria vel Conſervæ aut aliûs ſpeciei medicamenta, abſque manuum inquinatione, commodè tractantur.

SPECIES ſeu PULVIS, dicuntur in officinis ſimplicia pro compoſitis conficiendis coordinata. Sic dicuntur ſpecies Theriacæ, id eſt, ex quibus Theriaca compilatur. Sic ſunt & Species Decoctorum uſualium; præ reliquis tamen hoc nomen ſibi vendicant pulveres nonnulli, tum aromatici, tum catharctici. Forſan quia ordinati fuerunt olim, ut indè conficerentur Electuaria, Morſuli vel Rotulæ.

SPINA CERVINA, idem quod Rhamnus catharcticus.

SPIRITUS, ſunt liquores, qui diſtillando non tantum tenuiſſimi ſunt redditi, ſed incorruptibiles & majoris efficaciæ.

STAMINA, in plantis ſunt qui in medio calycis erumpunt apices; ſic dicta, quod veluti filamenta ab intimo floris ſinu proſiliant.

STIBIUM, idem quod Antimonium.

STIPES, eſt pars plantæ inter radicem & ramos, idemque quod Caulis.

STRATUM SUPER STRATUM vel STRATIFICARE, eſt materias diverſas ſic diſponere, ut una alteri immediatè incumbat; eo fine ut una in alteram agat, aut unà & ſimul calcinentur.

SUBACTIO, idem quod Malaxatio.

SUBLIMATIO, eſt ſicca ſubtiliorum partium per ignem in ſublime elevatarum, & vaſi adhærentium deſtillatio.

SUCCUS, ſucci in officinis vocantur expreſſi liquores, ſeu expreſſæ eſſentiæ ex radicibus, foliis, floribus, fructibus &c.

SUFFRUTICES, ſunt plantæ quæ compluribus ramulis, ſurculiſque lignoſis ſcatent, ſed minutis conſtant foliis.

SULPHUR CÆLESTE, idem eſt quod Alcohol Vini.

SUMMITATES, ſeu COMÆ, ſunt cacuminula herbarum, SUMMITATES dictæ, & dicuntur de herbis foliorum minutiorum, ut Abſynthii, Centaurii &c.

SUPPOSITORIUM, eſt medicamentum rotundum, longitudine digiti medii in adultis; in pueris digiti minimi aut paulò minus, ex melle, ſale & ſpeciebus purgantibus, ut plurimùm confectum, quod ano inſeritur.

SURCULUS, eſt quod ex ramis ſimplex ac individuum oritur, eſtque velut germen quoddam ex ipſo trunco vel caudice productum.

SYRINGA, eſt inſtrumentum, quô liquores in anum &c. injiciuntur.

SYRUPUS, Vox Arabica ſignificans liquorem ſaccharatum aut mellitum in conſiſtentiam ſpiſſiorem coctum, ut diutiùs conſervari poſſit.

T

TABELLA, eſt medicamentum internum, ſolidum, ex re qualibet pulveratâ, aut aliâ quâvis materiâ deſignatâ, & portione ſacchari in liquore accomodato ſoluti, ad ſpiſſam ſyrupi conſiſtentiam cocti & ſuper lapidem marmoreum in orbiculos effuſi, confectum.

TAPSUS BARBATUS, ſeu Verbaſcum.

TERRA LEMNIA, etiam Terra ſigillata dicitur.

TERRA MORTUA aut DAMNATA, quæ poſt deſtillationem, vel combuſtionem ignis aperti, dein diutinam elixiviationem reſidua, omnibus ſalibus, oleis & facultatibus efficacibus deſtituta eſt.

THUS MASCULUM, ſeu Olibanum.

TINCTURA, eſt coloris, qualitatis & virium alicujus rei, mediante convenienti menſtruo, extractio.

TOPICA, ſunt medicamenta externa.

TORCULAR, eſt prælum, quô olea vel ſucci èxprimuntur.

TORREFACTIO, eſt coctio medicamentorum ſicca, ſive Aſſationis ſpecies.

TRICHOMANES ſeu Polytrichum.

TRITURATIO, eſt contuſio, quâ medicamenta in pulverem rediguntur, ut eo aptiùs cum aliis miſceri, vel virtus eorum extrahi poſſit.

TROCHISCUS, eſt medicamenti interni & ſicci genus; primò materia in maſſam duram, ad inſtar pilularum, ſubigitur; tum in fruſtula diverſæ figuræ dividitur. Nonnunquam materia pultiformis formatur in paſtillos in umbra ſiccandos.

TUNICA, inter vegetabilia, eſt tenuis cortex & veluti membranaceus, quô vel arbor, vel radix inveſtitur.

TURBITH, seu Turpethum.

TURIONES, sunt teneritates summitatum ipsarum arborum, quæ singulis annis crescunt.

TUSSILAGO, id est, Farfara.

V

VAPPA dicitur Vinum, cujus pars spirituosâ in auras avolavit.

VEGETABILE, dicitur de omnibus plantis & arboribus, quæ terræ, ut matrici, affixæ per radicem, indè suum nutrimentum capiunt.

VENÆ, vegetabilium sunt costæ, quæ in plantarum foliis, imò & fructibus apparent, & ramulos & humorem habentes.

VENTER EQUINUS, Chymicis dicitur & FIMUS EQUINUS, in quo, ob lenem calorem, suas tincturas & essentias collocant.

VENUS, id est Cuprum.

VESICA DISTILLATORIA, est vas æneum, in forma vesicæ vel ovi factum, altitudinis duorum vel trium pedum & convenientis latitudinis, circa vestigium apertum, ut intrà sinum suum convenientem Alembicum recipere valeat. Vesica, necnon Alembicus cum Rostro, debent interiùs stannô obduci.

VINCETOXICUM, idem quod Asclepias.

VINUM HIPPOCRATICUM, est cui saccharum & aromata infusa fuerint, quæ postea per manicam Hippocratis colantur.

VINUM MEDICATUM, est Vinum, cui Medicamenta infusa sunt in usum ægrotantium.

VISCUS, eſt frutex particularis in arborum quarundam ramis enatus, ſemper virens.

VITEX, id eſt Agnus caſtus.

ULMARIA, idem quod Regina Prati.

UMBELLA, eſt floris, ſeminiſve pedamentum, in plures digeſtum longiores pediculos, qui ſimul ex faſtigio eodem orti, in latius continuò radiantur, ſingulique vel florem, vel ſemen ſuſtinent, in orbem circumactum.

UNCIA eſt duodecima pars libræ Medicinalis, & continet Drachmas octo.

UNGUENTUM, eſt Medicamentum externum, quod conſiſtentiam linimento paulò craſſiorem habet.

UNGUES, in Roſis & foliatis floribus, intellexerunt Veteres imas ſuorum foliorum partes, quibus in capite ſuo cohærent, decoloreſque dependent; vel unguis infima pars Roſæ alba appellatur: undè Roſa exungulari dicitur.

UNIONES ſeu Margaritæ.

VOLATILIA, ſunt quæ ſponté, vel minimo ignis calore ſurſum evehuntur & in auras evaneſcunt; uti ſunt ſpiritus & ſalia volatilia.

USTIO, dicitur quando mixtum igni committitur, ſive ut in cineres reducatur, ſive ut materia magis alcalina fiat, vel etiam certis partibus ſpolietur.

UVÆ PASSÆ, id eſt, Paſſulæ.





CODEX

MEDICAMENTARIUS

Amplissimi Senatus Montensis auctoritate munitus.

PRÆPARATIONES

DE SIMPLICIUM PURGATIONE

PURIFICATIO NITRI.

℞. Nitri quantum volueris

Solve in aquæ calentis S. Q. Filtra. Vaporet Solutio ad pelliculam in vase terreo vitreato ; in cella repone ut concrescant crystalli.

Simili modo depurantur.

Sal ammoniacum.
Alumen.

PURGATIO STYRACIS.

℞. Styracis liquidæ q. v., *per setaceum trajiciatur.*

MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

℞. Asellos vivos coloris argentei, quot volueris.

Vino albo ablue. Exsicca & serva.

PRÆPARATIO LUMBRICORUM.

℞. Lumbricos terrestres vivos, quot volueris.

Mitte in ollam fictilem ut terram eructent : tum aqua ablue. Rejectâ aquâ, cum vino albo iterùm ablue, & illicò Balneo Maris exsicca; siccos in vase vitreo accuraté clauso serva.

PRÆPARATIO ADIPUM.

℞. Adipis cujusvis recentis Q. V.

Fibras & venulas exime. Concide minutim & in mortario marmoreo quassa. Elue multoties ex aqua purâ. Balneô Maris liqua. Cola & reconde.

THEREBINTHINÆ LOTIO.

℞. Therebinthinæ venetæ Unc. II.

Mitte in aquæ Rosarum, *vel aliûs cujuscumque præscribendæ Unc.* VI.

Agita spathâ, & exime. Semel & iterùm idem repete, aquâ renovatâ.

THEREBINTHINÆ COCTIO.

℞. Therebinthinæ venetæ Unc. II.

Coque ex aquæ communis S. Q. ad Colophoniæ duritiem. Exime & serva.

SUCCORUM DEFOECATIO.

℞. Herbarum recentium, Florum aut Fructuum Q. V.

Contunde in mortario marmoreo, pistillô ligneô; vel abrade pro rei naturâ. Linteo forti include. Prælo exprime: succum sinito residere; limpidum decanta, vel trajice per Manicam.

Nota primò succos, qui clarifieri, vel coqui debent cum saccharo vel melle, aut admisceri Unguentis vel Emplastris, defœcatione non indigere, sed levi ebullitione ad defœcationem præparari debere.

Secundò, succos vinosos soli exponendos, ut fermentatione clareant.

Tertiò, plantis minùs succulentis ferventem aquam addendam esse; viscosis ignem moderatum esse necessarium.

Quartò, delectum habendum esse vasorum; succi enim præsertim acidi in vasis æneis, vel ferreis, colorem mutant & indolem.

Quintò, succos defœcatos servari debere in vasis vitreis colli longioris, superaffuso oleo.

PRÆPARATIO CATECHU.

℞. Catechu ſelecti & contriti Q. V.
Aquæ calentis Q. S.

Infunde per aliquot horas ad perfectam diſſolutionem. Cola per ſetaceum. Colatura per reſidentiam defœcata vaporet ad ſiccitatem, Balneô Maris.

EXTRACTIO MUCAGINUM.

℞. Seminis Pſyllii Unc. I. manque
Aquæ tepentis Unc. VI.

Macera per viginti quatuor horas ſuper cineres calidos, identidem agitando ſpatulâ ligneâ; donec aqua paulò plus lenteſcat quàm albumen ovi. Tum trajice per linteum, & fortiter exprime.

Tout manque, et contre l'art impossible

Simili modo extrahuntur.

Mucilagines Lini.
Cydoniorum.
Gummi Tragacanthi.

Tum aliorum Seminum, Fructuum, & radicis Althææ ſectæ priùs & elixatæ.



De Simplicium pulveratione & lævigatione.

PRÆPARATIO OCULORUM CANCRORUM.

℞. Lapidum Cancrorum genuinorum Q. V.

Tere subtilissimè in mortario. Posthac super Porphyritem agita, instillando identidem aquam communem, usque dum in pultem tenuissimam lævigentur. Effinge Trochiscos in umbra siccandos.

Simili modo præparabuntur.

Conchæ.
Coralla rubra.
------- alba.
Chelæ Cancrorum.
Mater Perlarum.
Margaritæ.
Succinum.

PRÆPARATIO FRAGMENTORUM LAPIDUM PRETIOSORUM.

Fragmenta pretiosa aquâ ablue. In mortario ferreo, non verò æneô, pistillô ferreô, in pulverem crassiusculum comminue. Tum supra Porphyritem in pollinem redige & Trochiscos effinge.

Nota, quod ad Confectionem Alkermes Lapis Lazuli *debeat uri in crucibulo, posteà, ut suprà terendo & lævigando, in tenuissimum pulverem redigatur.*

PRÆPARATIO PUTAMINUM OVORUM.

℞. Putaminum Ovorum crudorum Q. V.

Cum aqua primùm leviter & diu conquassa : deinde aquâ plurimâ ferventi multoties ablue, ita ut omnes membranulæ aquæ innatantes cum aqua decantentur, remanentibus in fundo solis Putaminibus, quæ siccata in mortario pulverentur, dein super Porphyritem lævigentur & in Trochiscos formentur.

PRÆPARATIO CINNABARIS.

℞. Cinnabaris in mortario ferreo pulverisatæ Q. V.

Supra Porphyritem lævigа; dein cum aqua multâ permisce & agita. Aquam, cum turbida fuerit, decanta, & in vase idoneô repone. Superstiti materiæ iterùm aquam affunde, tere, & aquam turbidam super priorem effunde; idque toties repete, donec totam materiam alkoolisatam exhauseris. Tum aquam omnem effusam decanta, & Cinnabarim in fundo vasis remanentem, exsicca & serva.

Simili modo præparetur.

Lapis Hæmatites.
Bolus Armena.
Terra sigillata.

PULVERATIO CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi integri Q. V.

Scobina derade. Scobem tere in mortario. Trajice per ſericeum. Pollinem ſerva.

Simili modo pulverantur.

Cranium humanum.
Dens Apri.
----- Hippopotami.
Ebur crudum.
Mandibula Lucii piſcis.
Vngula Alcis.

PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

℞. Apices Cornu Cervi, quot volueris.

Mitte in vas idoneum. Affunde aquæ communis Q. S. Vaſe rite obturatô bulliant, donec exterior pellicula ſcalpellô facilè detrahatur, tum medulla quoque extrahatur. Quibus demptis, apices ſicca, & in pollinem redige.

FOECULA BRYONIÆ.

℞. Radicis Bryoniæ recentis Q. V.

Quaſſa in mortario marmoreo. Excipe ſacco. Prælo exprime. Succus in vaſe vitreo reponatur. Paulatim ſubſidet, amyli inſtar, Fœcula, decantato liquore, in umbra exſiccanda.

Simili modo paratur.

Fœcula Ari.
-------- Ireos noſtratis.

EXSICCATIO OPII.

℞. Opii Thebaïci purissimi in taleolas secti Q. V.


Vase vitreo patulo exceptum, lenissimo Balnei Maris calore paulatim exsicca, & in pulverem redige.

SCAMMONII PRÆPARATIO.

℞. Scammonii Alep Q. V.

Super chartam bibulam cribro impositam expandatur, fumò sulphuris suffumigetur, id studiosè cavendo ne liquescat, sed lentissimo calore fumò sulphuris imbuatur.

Nota pulveres omnes ad usum internum, tùm simplices, de quibus hìc non est facta mentio, tùm compositos, de quibus agetur posteà, per sericeum sic trajiciendos esse, ut subtilissimi evadant.



De Simplicium Ustione.

ALUMINIS USTIO.

℞. Aluminis Crudi Q. V.

Mitte in patinam ferream vel fictilem non vitratam. Igne nudo calcina, donec ampullas amplius non emittat.

PLUMBI CALCINATIO.

℞. Plumbi Q. V.

Liquescat in fictili novo non vitrato & injice Sulphuris pulverisati Q. S. Ignem succendito, flagrans plumbum spatulâ ferreâ agita, abibit in pulverem subnigrum, & erit Plumbum ustum.

SPODIUM, SIVE EBUR AD ALBEDINEM CALCINATUM.

℞. Eboris Frustula, quot volueris.

Mitte in ollam fictilem non vitratam. Combure ad albedinem igne reverberii. Tere in mortario marmoreo & super Porphiritem læviga, instillando aquam, & indè formentur Trochisci.

Simili modo parari possunt.

Cornu Cervi
Et alia ossa animalium.

PRÆPARATIO LAPIDIS CALAMINARIS.

℞. Lapidis Calaminaris electi Q. V.

Candescat inter prunas. Aqua communi extingue. Semel atque iterùm id repete. Posthac supra Porphyritem lævigà cum aqua, & in pastillos redige.

Simili modo paratur.

Tuthia.

CHALCITIDIS PRÆPARATIO.

℞. Chalcitidis Q. V.

In vase terreo calcinetur ad colorem cineritium usquè.

TORREFACTIO RHEI.

℞. Rhabarbari electi in taleolas tenuissimas secti Q. V.

Mitte in patinam ferream. Impone igni moderato, continuò spatulâ movendo, donec fuscum colorem acquisiverit.

SCYLLÆ EXSICCATIO.

℞. Squammas Scyllæ.

Eas nempè quæ mediæ sunt corticem inter & meditullium. Filo trajice à se invicem distinctas. Tum in umbra exsiccentur.

DECREPITATIO SALIS.

℞. Salis marini Q. V.

Projice per vices in ollam fictilem non vitratam, candentem, vase cooperto. Fiat decrepitatio.

SPONGIA PRÆPARATA.

℞. Spongiæ substantiæ tenuis, vulgò *Eponge fine*, exsiccatæ & ab arenulis repurgatæ Q. V.

Ceræ flavæ liquefactæ immerge, & prælô fortiter exprime. Frigefactam exime.

Compositiones Galenicæ.

DECOCTA.

DECOCTUM HORDEI MUNDATI.

℞. Hordei mundati Unc. II.
Aquæ communis Lib. XII.

Coque ad tertiæ partis consumptionem. Decanta.

DECOCTUM HORDEI INTEGRI.

℞. Hordei integri, leviter linteo duriore confricti & loti Uncias II.

Coque ad crepaturam in aquæ communis Q. S. ad lib. VIII. *Decanta.*

CREMOR HORDEI.

℞. Hordei Perlati Unc. II.
Aquæ communis Q. S.

Decoque igne lento, donec ferveſcant, tum abjectâ priori aquâ, nova addatur, coquendo per quatuor vel quinque horas, deinde trajiciatur per ſetaceum; trajectò adde.

Sacchari albi.
Aquæ Roſarum *aa Q. S. ad gratum ſaporem.*

AMYGDALATUM LEMERY.

℞. Amygdalarum dulcium excorticatarum Unc. II.

Terantur in mortario marmoreo ſenſim affundendo.

Decocti Hordei mundati lib. I.

Colentur & exprimantur, expreſſioni adde.

Sacchari albiſſimi Unc. I. & Semis.

Fiat Amygdalatum.

DECOCTUM ALBUM SYDENHAM.

℞. Cornu Cervi calcinati.
Micæ panis albiſſimi aa Unc. II.

Coque in aquæ fontis libris tribus ad libras duas; Colaturæ adde.

Sacchari Candi Unc. I.

DECOCTUM NEPHRETICUM.

Petri Foresti Dictum

℞. Rad. Eryngii,
Ononidis aa Unc. Semis.
Hordei integri Unc. II.
Cicerum rubrorum Unc. III.
Caricas pingues No. IX.
Sebeften No. VII.
Glycyrrhisæ rasæ drach. VI.
Semin. Malvæ.
Althææ aa drach. III.
Quatuor frigidorum majorum aa drach. II.

Coquantur in aquæ fontis libris decem, ad libras sex; Colatura per cribrum trajecta, per subsidentiam depuretur.

DECOCTUM COCCINEUM FULLERI.

℞. Nitri depurati Unc. I.
Sacchari albi Unc. IV.
Coccinellæ gr. XV.

Fiat pulvis, quem projice in aquæ fontanæ bullientis lib. II.; coque ad despumationem & per subsidentiam depuretur.

PTISANNA COMMUNIS.

℞. Hordei integri Unc. I. & Semis.
Radicis Graminis mundatæ Unc. I.
Aquæ communis lib. VIII.

Coque ad quartæ partis consumptionem; sub finem adde.

Liquiritiæ rasæ & contusæ Unc. I.

Decoctum refrigeratum per cribrum trajiciatur, & per subsidentiam depuratum detur usui.

DECOCTUM SOLUTIVUM.

℞. Foliorum Sennæ mundatorum drach. II.
Seminum Anisi contusorum drach. Semis.

Effervescant leviter in aquæ communis Q. S. ad Unc. IV. Colatura servetur ad usum.

GELATINA CORNU CERVI.

℞. Rasur Cornu Cervi Unc. III.
Aquæ purissimæ Unc. XII.

Vase cooperto coque S. A. ad medias. Colatura per subsidentiam depuranda, reponatur in loco frigido ut in Gelatinam concrescat.

DECOCTUM CLYSTERIS EMOLLIENS.

℞. Foliorum Malvæ.
Althææ.
Violariæ.
Betæ.
Mercurialis aa Unc. I.

Coquantur S. A. in sufficienti quantitate aquæ communis ad libras duas, Colatura servetur ad usum. Herbæ sint semper recentes, si fieri potest; si autem siccæ fuerint, locô Unciæ unius, adhibeatur tantùm Uncia semis.

DECOCTUM CLYSTERIS CARMINATIVUM.

℞. Decocti emollientis superioris libram unam.
Seminum Fœniculi.
Anisi.
Florum Chamomillæ vulgaris.
Meliloti aa drach. I.

Coque S. A. & cola.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Orizæ mundatæ & lotæ Unc. I.

Coque ad Orizæ crepaturam in aq. communis. Q. S. ad libras quatuor.

Decoctum fervens remove ab igne. Infunde illicò per horæ quadrantem.

Glycyrrhisæ rasæ & contusæ,
Radicum Althææ aa Unc. Semis.
Foliorum Capillorum Veneris Canadensium drachmas II.
Florum papaveris rheados Drachmam I.
Tussilaginis Drachmas duas.

Decanta.

DECOCTUM SUDORIFERUM.

℞. Ligni sancti in scobem redacti Unc. I. & Semis.
Radic Chinæ in Taleolas incisæ,
Salsæparillæ minutim sectæ aa Unc. II.

Macera calidè in vase terreo vitrato clauso per viginti quatuor horas, in

Aquæ communis libris ſex.

Dein coque ad libras quatuor, ſub finem adde.

Raſuræ ligni ſaſſafras Drachmas III.
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ Unc. Semis.

Cola.

DECOCTUM AROMATICUM PRO FOTU.

℞. Summitatum Roriſmarini,
Rutæ,
Salviæ,
Hyſſopi,
Lavandulæ,
Abſynthii,
Origani,
Thymi.
Foliorum Lauri,
Florum Roſarum rubrarum,
Chamæmeli,
Meliloti,
Sambuci.
Salis Ammoniaci aa Drachmas II.
Aquæ communis ferventis libras. V.

Bulliant leviter vaſe clauſo. Cola & ſerva.

il faut selon les auteurs bouilir les herbes aromatiques
defectum



Vina Medicata.

VINUM EMETICUM.

℞. Croci Metallorum crassiusculé triti Unc. II.
Vini albi lib. I.

Infunde frigidè, identidem agitando; & serva.

Aceta.

ACETUM ROSACEUM.

℞. Florum Rosarum rubrarum siccatorum lib. Semis:
Aceti Vini acerrimi lib. IV.

Insolentur æstivis caloribus in vase vitreo optimè clauso. Acetum cola, exprime fortiter, filtra & serva.

Simili modo, ubi res postulabit, parari poterit.

Acetum Florum Calendulæ.
Sambuci &c.

ACETUM SCYLLITICUM.

℞. Tunicarum Scyllæ S. A. exsiccatæ Unc. IV.
Aceti Vini lib. IV.

Misce in vase vitreo benè clauso & insolentur æstivis caloribus.

ACETUM PROPHYLACTICUM.

Vulgò des quatre Voleurs.

℞. Summitatum recentium Absynthii Vulgaris,
Romani,
Rorismarini,
Salviæ,
Menthæ,
Rutæ, aa Unc. I. & Semis.
Florum Lavandulæ siccatorum Unc. II.
Allii,
Calami aromatici,
Cinnamomi,
Caryophillorum,
Nucis moschatæ aa Drachmas. II.
Aceti Vini optimi libras octo.

Macera calore solis, vel igne arenæ, in matratio ritè obturato per duodecim dies. Cola. Exprime fortiter, & filtra. Tum adde.

Camphoræ Spiritu Vini Solutæ Unc. Semis.

Acetis subjungi possunt Oxycratum, *seu* Posca, & Oxyrhodinum. Oxycratum *constat parte una aceti & sex aquæ.*

Oxyrhodinum *paratur ex parte una Aceti Rosati & tribus partibus Olei Rosati.*



Mellita.

MEL DESPUMATUM.

℞. Mellis optimi lib. IV.
Aquæ fontis lib. II.

Coque S. A. semper despumando ad aquæ consumptionem.

OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis optimi lib. IV.
Aquæ fontis lib. I.
Coquantur simul in fictili vase, semper despumando ad aquæ consumptionem, tum adde.

Aceti acerrimi lib. II.

Coque S. A. donec Syrupi liquidioris consistentiam acquirat.

OXYMEL SCYLLITICUM.

℞. Mellis despumati ad consistentiam cocti lib. III.
Aceti Scyllitici lib. II.

Misce sine ulla coctione ad usum.

MEL MERCURIALE.

℞. Succi Herbæ Mercurialis lib. VI.
Mellis Optimi lib. IV.

Misce, coque, despuma, & in Syrupi consistentiam redige.

MEL ROSARUM.

℞. Rosarum rubrarum recentium lib. III.
Aquæ fontis calentis lib. XII.

Infundantur simul per viginti quatuor horas, & exprimantur; eadem infusio tertiò iteretur, deinde infusio expressa cum.

Mellis depurati lib. X.

Coquatur in Syrupi consistentiam.

DIAMORUM.

℞. Succi Mororum Batinorum, sive Rubi humilis immaturorum lib. I. & Semis.
Succi Mororum Celsi domesticorum ex arbore pendentium non maturorum Unc. IX.

Coque lentô igne in vase terreo vitreato ad tertiæ partis consumptionem, & post depurationem adde.

Mellis Optimi depurati lib. I. & Semis.
Sapæ Unc. III.

Coque leniter ad Syrupi consistentiam.



Syrupi Simplices Alterantes.

SYRUPUS VIOLACEUS.

℞. Florum Violarum a pediculis herbaceis mundatorum lib. I.
Aquæ fontis ferventis lib. II.

Arctè claude in olla nova vitreata per integrum diem, deinde exprime prælo. In infusi per subsidentiam defœcati lib. II. Dissolve in vase stanneo, ad Balnei Maris calorem.

Sacchari albissimi lib. IV. & Unc. III.

Spuma emergens auferatur, fiatque sine coctione Syrupus.

Simili modo paratur.

Syrupus Florum Tunicæ.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

℞. Rosarum rubrarum siccatarum lib. I.

Infundantur in aquæ calentis puræ lib. X. per horas viginti quatuor, infusionem hanc (reassumptis semper novis rosis) triplicando: tandem in expressione colatâ dilue.

Sacchari albissimi lib. IV.

Coque ex arte in Syrupum.

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Florum papaveris erratici lib. Semis.

Infunde per noctem in aquæ fontis calentis lib. II. *Infusio tertiò reiteretur additis novis Floribus. Tum fiat colatura cum expressione, & infuso per residentiam defœcato & decantato adde.*

Sacchari albissimi cum dicta infusione clarificati lib. I. & Semis.

Coquantur in Syrupum S. A.

Simili modo paratur.

Syrupus Florum Nymphææ, ex partibus eorum albissimis.

SYRUPUS FLORUM TUSSILAGINIS.

℞. Florum Tussilaginis recentium lib. I. & Semis.

Infundantur calidè, horis duodecim, in aquæ fontanæ lib. IX. *Deinde leviter bulliant, colentur & exprimantur. Calidus liquor æquali Florum Tussilaginis recentium ponderi superfundatur; macerentur simul ut priùs; deinde leviter bulliant, colentur & exprimantur; liquor verò ovi albumine cum sacchari optimi libris quatuor clarificatus, igne lento coquatur in Syrupum.*

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞. Capitum Papaveris albi recentium & maturorum lib. I.

Infunde per diem & noctem in aquæ pluvialis lib. IV. *Coquantur, donec marcescant & fortiter exprimantur; expressioni adde.*

Sacchari albissimi.
Penidiorum *aa lib.* I.

Coque lento igne in Syrupum, cavendo ne mucilagineum evadat decoctum, quale Capita Papaveris *etiam præbere solent, si diu coquantur.*

Nota, *absolutè damnari methodum illam, quæ* Opium *in præparando* Diacodiô *adhibet.*

SYRUPUS E SUCCO CITRI.

℞. Succi Citri recenter expressi & per subsidentiam depurati lib. I.
Sacchari albissimi clarificati & ad consistentiam cocti lib. II.

Misce S. A. in vase fictili & fiat Syrupus.

Simili modo confici poterunt, ubi opus erit.

Syrupus è succo Limonum.
Aurantiorum.
Berberum.
Granatorum.
Ribesiorum.

Et ex reliquis succis acidis clarificatis, alios plus, alios minùs, alios non coquendo pro natura acredinis, quod Artifici relinquimus.

Nota : *Succos Berberis & Granatorum, minori indigere ſacchari quantitate.*

SYRUPUS THYMI SILVESTRIS.

℞. Summitatum florentium Thymi Silveſtris recentis lib. I. & Semis.

Infundantur calidè horis duodecim in aquæ communis libris novem, deinde leviter bulliant, colentur & exprimantur. Calidus liquor æquali ſummitatum florentium Thymi Silveſtris recentis ponderi ſuperfundatur; macerentur ſimul ut priùs; deinde leviter bulliant, colentur & exprimantur; liquor verò ovi albumine cum ſacchari optimi libris quatuor clarificatus, igne lento coquatur in Syrupum.

SYRUPUS DE PRASSIO ALBO.

℞. Herbæ Praſſii albi ſiccæ & mundatæ Unc. IV.

Infundantur calidè, horis duodecim, in aquæ communis libris novem. Fiat & ſecunda infuſio cum pari Herbæ Praſſii albi quantitate, & quoad cætera procede ut in præparatione Syrupi Thymi Silveſtris.

Eodem modo paretur.

Syrupus de Abſynthio, adhibendo Abſynthii vulgaris & Romani aa P. Æ.

SYRUPUS

freche ou seche
Cest La même chose

SYRUPUS HEDERÆ TERRESTRIS.

℞. Succi Hederæ terreſtris depurati lib. VI,
Sacchari albiſſimi lib. IV.

Clarifica albumine Ovorum & fiat S. A. *Syrupus.*

SYRUPUS DE KINA KINA.

℞. Corticis Kinæ Kinæ ſubtiliſſimè triti Unc. IV.

Bulliant in aquæ limpidæ lib. VIII. *ad dimidiæ partis conſumptionem. Colatura turbida vaporet ad libras circiter duas, tum adde*

Sacchari albi lib. I.

Coque in Syrupum.

SYRUPUS BALSAMICUS DE TOLU.

℞. Balſami Tolutani Drach. VI.

Coque Balneo Maris, vaſe clauſô, in aquæ fontis Unciis ſexdecim ad Uncias duodecim, tunc adjice

Sacchari depuratiſſimi lib. I.

Et ſine ulteriori coctione fiat Syrupus, qui cum refrixerit coletur.

Syrupi Alterantes Compositi.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Capillorum Veneris, *vel ejus defectu* Rutæ Murariæ Unc. I. & Semis.
Polytrici aurei, *vel ejus loco* Trichomanes,
Saxifragiæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Asplenii aa Unc. I.

Coque ex aquæ fontis lib. VIII, *ad remanentiam quinque librarum; in expressione clarificatâ dissolve*

Sacchari albissimi lib. III. & Semis.
Mellis optimi depurati lib. Semis.

Fiat S. A. Syrupus.

Nota *Herbas Capillares maturas in Mense Septembri colligendas esse.*

SYRUPUS DE MENTHA.

℞. Succi Cydoniorum,
Vini albi aa lib. I. & Semis.
Menthæ crispæ siccæ lib. Semis.
Rosar rubrarum Unc. I. & Semis.
Nucis moschatæ Drach. III.
Cinnamomi Unc. Semis.
Mastichis Drach. II.

Infunde & digere ex arena in Cucurbita terrea vel vitrea; tum distilletur per Alembicum vitreum

Aqua ſpirituoſa ad Uncias decem, quæ ſeorſim aſſervetur; deindè poſt alteram ebullitionem Colatura exprimatur, quæ decantata cum

Sacchari albi lib. III.

Coquatur S. A. in Syrupum craſſiorem, cui demum admiſce aquam ſpirituoſam aſſervatam, & ſola diſſolutione fiat Syrupus.

SYRUPUS DE ALTHÆA FERNELII.

℞. Radicum Althææ recentium Unc. II.
Cicerum rubrorum Unc. I.
Radicum Graminis.
Aſparagi.
Liquiritiæ.
Paſſularum exacinatarum aa Unc. Semis.
Cimarum Althææ,
Malvæ,
Helxines, *ſive* Parietariæ,
Pimpinellæ minoris,
Plantaginis majoris, aa Unc. I.
Polytrici,
Rutæ murariæ aa Unc. Semis.
Seminum quatuor frigidorum majorum
Frigidorum minorum aa Drach. III.

Coque S. A. in aquæ communis lib. IX. ad remanentiam librarum VI.; *Colaturæ clarificatæ adde*

Sacchari albiſſimi lib. IV.

Fiat ex arte Syrupus.

SYRUPUS DE CORTICIBUS CITRI.

℞. Corticum exteriorum Citriorum recentium Unc. XII.
Cinnamomi acuti Drach. II.

Stent in digestione per aliquot dies, in

Vini albi Unc. XX.

Impone Cucurbitæ, addendo aquæ communis Q. S.; extrahatur, per destillationem, liquor spirituosus ad Unc. VIII.

Tum Colaturæ fortiter expressæ & clarificatæ adde

Sacchari albi lib. II.

Coque ad consistentiam Syrupi crassioris, addendo ei ab igne remoto aquam spirituosam priùs destillatam, necnon

Syrupi Granorum Kermes Unc. IV.

SYRUPUS DE ERYSIMO.

℞. Foliorum Erysimi recentium Unc. VI.
Radicis Helenii,
Tussilaginis,
Liquiritiæ,
Passularum exacinatarum,
Hordei integri aa Unc. II.
Herbæ Borraginis,
Chicorei, aa Unc. I. & Semis.
Capillorum Veneris, Drach. VI.
Florum trium Cordialium,
Anthos,
Stæchados aa Drach. II.
Seminis Anisi Drach. VI.

Incisa & contusa coque S. A. ex aquæ communis lib. VIII. *ad medias, Colaturæ expressæ adde*

Succi Erysimi clarificati Unc. VIII.
Sacchari albi lib. III.
Mellis despumati lib. I.

Fiat S. A. Syrupus.

SYRUPUS DE ARTHEMISIA.

℞. Rad. Fæniculi,
Helenii,
Iridis,
Levistici,
Pæoniæ maris,
Rubiæ Tinctorum aa Unc. Semis.
Herbæ Arthemisiæ Unc. II.
Betonicæ,
Calaminthæ,
Chamædrios,
Chamepiteos,
Hyssopi,
Hyperici,
Majoranæ,
Matricariæ,
Melissæ,
Nepetæ,
Origani,
Prassii,
Pulegii,
Sabinæ aa Unc. I.
Seminis Anisi,
Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,
Ocymi,

Legant authores animadversiones [illegible] pag 99 propter eandem fere rationem ob quam superius in Syrupo De absinthio vino crudo vinum destillatum substituendum [illegible] hic quoque vinum destillatum aut saltem hidromel a [illegible] [illegible] quam in destillatione [illegible] liberatum [illegible] existimo

Petroselini,
Rutæ, aa Drach. III.
Cinnamomi Unc. I.
Spicæ indicæ Drach. III.

Contunde & incide grosso modo, dein macera per duos dies, in

Hydromelitis vinosi dilutioris S. Q. *

Postea per B. M. separetur Aqua spirituosa, quâ seorsim exceptâ, reliquiæ ulteriùs coquantur S. A.; Colatura cum

Sacchari albi lib. V.

Coquatur in Syrupum crassum, ut postea permisceri queat aquæ spirituosæ asservatæ.

SYRUPUS DE HYSSOPO.

℞. Aquæ fontanæ lib. VIII.
Hordei mundati Unc. Semis.

Coque circiter per mediam horam, deinde injice

Rad. Apii,
Petroselini,
Fæniculi,
Glycyrrhizæ incisarum aa Drach. X.
Jujubarum,
Sebesten aa paria XV.
Passularum mundatarum Unc. I. & Semis.
Caricarum pinguium,
Dactylorum pinguium aa No. X.
Seminis Malvæ,
Cydoniorum,

Gummi Tragacanthi linteo raro incluſorum aa Drach. III.
Hyſopi mediocriter ſiccæ Drach. X.
Capillorum Veneris Drach. VI.

Elixentur ſimul, ſic tamen, ut quadrantis horæ intervallo Radices Fructus, Fructus Semina, Semina Herbas præcedant: tandem quinque libris aquæ abſumptis, adde reliquis tribus, colatis priùs & clarificatis

Sacchari albiſſimi lib. II. & Semis.

Et percoque in Syrupum, ut artis eſt.

SYRUPUS DE PÆONIA.

℞. Rad. Pæoniæ maris Unc. II.
Nucleorum Seminis ejuſdem,
Viſci quercini veri,
Herbæ Betonicæ,
Primulæ veris,
Verbenæ aa Unc. I.
Florum Roriſmarini,
Stæchados,
Lavenduſæ,
Liliorum convallium.
Tiliæ recentium aa Drach. II.

Coque S. A. in aquæ fontis lib. VI. *ad dimidias; Colaturæ fortiter expreſſæ adde*

Sacchari albiſſimi lib. II.

Fiat ex arte Syrupus.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

℞. Rad. Apii,
Fæniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi aa Unc. II.
Aquæ fontis lib. VI.

Elixando evaporet pars tertia; Colatura fortiter expreſſa coquatur in Syrupum, cum

Sacchari albiſſimi lib. III.

SYRUPUS DE SCORDIO.

℞. Rad. Scorzoneræ recentium Unc. II. & Semis.
Foliorum Scordii recentium Unc. IV.
Ulmariæ recentium Unc. II. & Semis.
Sonchi levis,
Endiviæ,
Borraginis,
Acetoſæ,
Scorzoneræ,
Florum Nymphææ recentium aa Unc. I.
Cordialium aa Drach. I.

Coque S. A. in aquæ Hordei integri lib. VI., ad mediæ partis conſumptionem; Colaturæ clarificatæ adde

Sacchari albiſſimi lib. II.

Fiat S. A. Syrupus.

SYRUPUS DE SYMPHITO.

℞. Radicum & Cymarum Symphiti majoris & minoris aa Unc. VI.

Foliorum Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis,
Florum Rosarum rubrarum recentium aa Unc. IV.

Contusis omnibus recentibus adde aquæ communis lib. IV. Colatura fortiter expressa clarificetur cum

Sacchari albissimi lib. IV.

Et coquatur in Syrupum.

SYRUPUS DE STÆCHADE.

℞. Florum Stæchados Arabicæ Unc. IV.
Herbæ Betonicæ,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani aa Unc. I. & Semis.
Salviæ,
Florum Rorismarini,
Pæoniæ,
Ruthæ,
Cinnamomi,
Zinziberis,
Calami Aromatici aa Drach. III.

Macerentur simul in S. Q. Hydromelitis per viginti quatuor horas; dein destillationi committantur, ut aqua spirituosa extrahatur; quâ seorsim exceptâ, reliquiæ coquantur & cum

Sacchari & Mellis optimi aa lib. II.

Fiat Syrupus crassus, ut postea permisceri queat Aquæ spirituosæ.

SYRUPUS HORDEATUS.

℞. Amygdalarum dulcium excorticatarum lib. I.
Amararum excorticatarum Unciam I.

Contunde in mortario marmoreo pistillô ligneô, sensim affundendo

Decocti Hordei mundati lib. I. & Semis.

Cola cum expressione. Expresso adde

Sacchari albissimi lib. I. & Semis.

Fiat Syrupus Balneo Maris ut artis est. Syrupo refrigerato adde

Aquæ Naphæ Drach. I.
Spiritus Citrei gutt. X.

Serva ad usum.

SYRUPUS MYRTINUS.

℞. Baccarum Myrti Unc. II. & Semis.
Rosarum rubrarum,
Santali albi,
Rubri,
Sumach,
Balaustiorum,
Berberorum aa Drachmas XV.
Mespilorum immaturorum lib. Semis.

Coquantur in aquæ fontis libris VIII. *ad dimidias ; colentur. Cum*

Sacchari albiſſimi lib. III.

Et in fine

Succorum Granatorum,
Cydoniorum depuratorum aa lib. Semis.

Fiat S. A. Syrupus.

SYRUPUS AD TUSSIM CONVULSIVAM FULLERI.

℞. Muſci Quercini pulmonaris, menſe Septembri ex arbore collecti Unc. II.
Radic Symphiti majoris Unc. VI.
Paſſularum Sol exacinat Unc. II.
Glycyrrhis raſæ Drach. III.
Balſami Tolutani Drach. II.

Coque in Mulſo ad lib. I. *& Semis.*

Et cum Sacchari ℥. S. *fiat Syrupus conſiſtentiæ craſſioris.* — Les auteurs ont un peu corrigé dans le syrop de fuller pagin 256, fuller dit fiat syrupus ad crassius Les auteurs fiat syrupus consistentiæ crassioris

point d'usage. il doit faire par recipes et ne pas conserver



puis les medecins daignent juger de ce syrop. les apoticaires declarent qu'il ne se peut travailler

Syrupi Purgantes Simplices.

SYRUPUS FLORUM PERSICORUM.

℞. Florum Perſicorum recentium lib. I.

Macerentur per 24. horas in aquæ calentis lib. IV. *Expreſſo poſtmodum & colato liquori parem Florum recentium quantitatem infunde, idque ter iteretur: poſtremæ colaturæ accipe lib.* III.

Sacchari albiſſimi lib. II. & Semis.

Fiat S. *A. Syrupus.*

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS.

℞. Roſarum pallidarum recentium, ut decet mundatarum lib. III.
Aquæ fontis lib. XII.

Infundantur per diem naturalem, deindè rursùm calefactæ exprimantur; iterùm in eadem aqua par florum quantitas infundatur & exprimatur, & hoc ter, ut ante dictum eſt, reiteretur. Tum

℞. Colaturæ præſcriptæ partes ſex,
Sacchari albiſſimi partes quatuor,

Clarificentur & coquantur in Syrupum.



Syrupi Purgantes Compositi.

SYRUPUS DE CICHOREO CUM RHEO.

℞. Hordei integri,
Radicis Apii,
Fæniculi,
Asparagi aa Unc. Semis.
Herbæ Cichorei Drach. VI.
Endiviæ domesticæ,
Silvestris,
Taraxaci aa Unc. Semis.
Cicerbitæ,
Fumariæ aa Drach. II.
Polytrici,
Asplenii aa Drach. I.
Salviæ vitæ,
Summitatum Lupulorum aa Drach. II.
Fructuum recentium Alkekengi,
Radicis Liquiritiæ aa Drach. I. & Semis.
Aquæ fontis lib. III.

Coquantur debitô ordine ad libras duas, Colatura servetur.

℞. Rhabarbari optimi incisi Unc. I.
Cinnamomi,
Schænanti aa Drach. Semis.

Infunde calidè in aquæ Cichorei destillatæ Unciis novem; Colatura expressa asservetur; tum residuo affunde

Decocti suprà descripti lib. I. & Semis.

Coque unâ aut alterâ ebullitione ; Colatura expreſſa cum

Sacchari albi lib. I.

Clarificetur & percoquatur in Syrupum craſſiorem, cui admiſce ſuperiorem Tincturam aſſervatam, & ſolâ diſſolutione fiat S. A. Syrupus.

SYRUPUS DE RHAMNO CATHARCTICO.

℞. Baccarum Fructicis ſpinæ Cervinæ in principio Octobris collectarum ſufficientem quantitatem,

Contundantur in pila lapidea, deinde exprimendo colentur ; ſuccus expreſſus coquatur lentô igne ad quartæ partis conſumptionem ; tum iterùm coletur.

℞. Hujus Colati lib. II.
Sacchari albiſſimi Unc. XVI.

Coque ſimul in Syrupi conſiſtentiam, cui tandem admiſce ſequens Elæoſaccharum

Sacchari pulv Unc. Semis.
Olei ſtillatitii Aniſi,
Caryophillorum,
Nucis Moſchatæ,
Cinnamomi aa gutt. VI.

Miſce fiat Syrupus.

SYRUPUS DE CICHOREO CUM RHEO MINÙS COMPOSITUS.

℞. Succi Herbarum & Radicum Cichorei Silvestris,
Hortensis aa lib. I.
Sacchari albi lib. II.

Coque S. A. ad consistentiam Syrupi crassioris. Tum

℞. Rhei optimi in taleolas tenuissimas secti Unc. II.
Salis Tartari Drach. II.
Vini albi Unc. XII.

Stent in infusione in B. M. per horas quadraginta octo; Colaturam fortiter expressam exacté admisce Syrupo prædicto S. A.

SYRUPUS MAGISTRALIS SIVE LONGÆ VITÆ.

℞. Succi depurati Mercurialis lib. II.
Borraginis,
Buglossi aa lib. Semis.
Radic. Ireos nostratis Unc. II. & Semis.
Gentianæ Drach. X.
Mellis optimi albi lib. III.
Vini albi lib. I.

Radices contusæ macerentur in Vino albo per viginti quatuor horas. Cola. Liquetur Mel, & succis misceatur; factâque levi ebullitione & despumatione, cola per Manicam. Ambo liquores simul mixti coquantur in Syrupum.

Rob.

ROB SAMBUCI.

℞. Succi Baccarum Sambuci maturarum Q. V.

Coque Balneo Maris ad Mellis consistentiam, addendo pro quaque librâ succi

Sacchari albi Unc. III.

ROB CYDONIORUM.

℞. Succi Cydoniorum depurati lib. XII.

Coque in vase fictili, lento igne, ad remanentiam lib. IV. *tum adde*

Sacchari albissimi depurati lib. IV.

Et repetitâ cocturâ, fiat Rob S. A.

ROB CYNOSBATOS.

℞. Pulpæ Cynosbatos per setaceum trajectæ lib. II.
Sacchari albi pulverisati lib. I.

Coquantur invicem ad justam consistentiam.

SAPA SIVE ROB EX UVIS.

℞. Succi expressi ex Uvis maturis Q. V.

Coque Balneo Maris ad Mellis consistentiam.

ROB JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi maturarum & recentium Q. V.

Contunde minutiſſimè & adde Vini Hiſpanici Q. S. ad humectationem. Sine per horas viginti quatuor in digeſtione, tum extrahe Pulpam S. A.

In liquore, qui poſt extractam Pulpam remanet, diſſolve Sacchari albi libram I. pro quaque Pulpæ libra; & lentô igne coque omnia ad conſiſtentiam.

Extracta.

EXTRACTUM JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi maturarum & recentium contuſarum lib. II.

Bulliant ad mollitiem in aquæ communis lib. VIII. Exprime. Liquor fervens coletur per Manicam, & vaporet Balneo Maris, ad extracti liquidi conſiſtentiam.

EXTRACTUM ABSYNTHII.

℞. Herbæ Abſynthii inciſæ Q. V.

Bulliat in aquæ communis Q. S.

Colatura per ſubſidentiam defæcata vaporet Balneo Maris, ad extracti conſiſtentiam.

Eodem modo fiunt.

Extracta Cardui Benedicti.
Centaurii minoris.
Florum Chamomillæ Romanæ &c.

EXTRACTUM GENTIANÆ.

℞. Radicum ſiccatarum & pulveriſatarum Gentianæ Q. V.

Bulliant in aquæ communis S. Q. Colatura per ſubſidentiam defœcata vaporet Balneo Maris ad extracti mollis conſiſtentiam.

Simili modo fieri poterunt.

Extracta Radicum Liquiritiæ.
Lapathi &c.

EXTRACTUM RHABARBARI.

℞. Rhei electi conciſi Unc. VI.

Mitte in vas idoneum. Affunde aquæ limpidæ ferventis ad eminentiam quatuor digitorum. Digere Balneo Maris in vaſe clauſo per duodecim circiter horas. Liquorem exprime. Materiæ ſuperſtiti affunde novam aquæ ferventis quantitatem. Digere ut ſupra. Cola fortiter exprimendo. Tincturas ſimul mixtas filtra per Manicam. Vaporent Balneo Maris ad Extracti conſiſtentiam.

Simili modo fit.

Extractum Croci.

EXTRACTUM CATHOLICON.

℞. Pulpæ Colocynthidis Drach. VI.
Agarici albi,
Hellebori nigri,
Pulveris Diarrhodonis aa Unc. Semis.

Impone Matracio cum S. Q. ſpiritûs Vini; extrahatur Tinctura in Balneo Maris, tum colaturæ adde

Aloës lucidæ pulv. Unc. I.
Scammonii præparati & pulv. Unc. Semis.

Evaporent ad conſiſtentiam Extracti.

RESINA SCAMMONII.

℞. Scammonii Alep pulv. Q. V.

Superaffunde ſpiritûs Vini rectificati Q. S. ad ſupereminentiam quatuor digitorum; digerantur per aliquot dies in loco calido. Colatura fortiter expreſſa per chartam bibulam evaporetur. Dein affuſione aquæ frigidæ præcipitabitur ad fundum Reſina, quæ abluenda & exſiccanda eſt.

Eodem modo paratur.

Reſina Guaiaci.
Jalappæ &c.

EXTRACTUM OPII SEU LAUDANUM.

℞. Opii electi fruſtulatim ſecti Q. V.

Aquæ pluvialis puriſſimæ ferventis, quantum ſufficit ad ſolvendum Opium in pultis conſiſtentiam.

Les auteurs demande ici L'eau de pluie
pour tirer l'extrait en dans cellui de la The
il ne font pas de distinction

Fiat solutio Balnei Maris calore. Solutionem fortiter exprime per linteum densum. Colatura vaporet Balneo Maris ad Extracti solidi consistentiam.

EXTRACTUM KINÆ KINÆ.

℞. Kinæ Kinæ optimæ pulveratæ Unc. II.

Bulliant vase clauso in

Aquæ libris IV.

Cola & illicò decanta. Vaporet Balneo Maris, vel radiis solaribus, in vasis faventinis planis (ita ut trium vel quatuor linearum altitudinem liquor non superet) ad perfectam siccitatem.

Extractum per lamellas tenues & nitidas cultellô abrade.

Eclegmata & eorum Species.

LOOCH E CODICE PARISIENSI.

℞. Pulv. Liquiritiæ exquisitæ Drach. Semis.

Superaffunde

Aquæ communis ferventis Unc. VI.

Stet in infusione Balneo Maris, per spatium horæ quadrantis, & cum

Amygdalis dulcibus excorticatis No. XII.

Fiat ex arte Emulsio. Tum

℞. Gumm. Tragacanthi tenuiſſimè pulv. gr. XVIII.

Senſim affunde lac Amygdalinum ſupradictum, identidem agitando in mortario marmoreo ad Mucilaginis ſpiſſitudinem. Admiſce

Syrupi Papaveris albi
De althæa aa Unc. Semis.
Olei Amygdalarum dulcium recentis Unc. I.

Sub finem adde

Aquæ Naphæ Drach. II.

Fiat Looch.

Nota. *Locô Syrupi Diacodii ſubſtituitur aliquando duplum Syrupi de Althæa, ſi ita Medico videatur.*

LAC PECTORALE.

℞. Spermatis cæti recentis Drach. I.
Vitelli ovi recentis No. I.
Sacchari candi albi pulv,
Olei Amygdalarum dulcium recentis,
Aquæ Vulnerariæ aa Unc. I.
Fæniculi Unc. IV.

Miſce exacté S. A.

LAC GUMMI AMMONIACI COMPOSITUM.

℞. Gummi Ammoniaci electi pulv,
Balſami Copaivæ aa Drach. II.
Vitelli ovi recentis No. I.
Syrupi de Hyſopo
Aquæ Vulnerariæ aa Unc. I.
Hyſopi Unc. IV.

Miſce exacté S. A.

Conservæ.

CONSERVA ABSYNTHII ROMANI.

℞. Summitatum Absynthii Romani recentis Unc. III.
Sacchari albi Unc. IX.

Simul contunde in mortario marmoreo , & fiat S. A. Conserva.

Eodem modo parabuntur.

Conserva Absynthii vulgaris.
Cochleariæ &c.

Hac factâ attentione , quod Herbis humidioribus sufficiat sacchari duplum.

CONSERVA FLORUM AURANTIORUM.

℞. Florum Aurantiorum à pediculis mundatorum Unc. III.
Sacchari albi Unc. VI.

Simul contunde in mortario marmoreo & fiat S. A. Conserva.

Simili modo parabuntur.

Conserva Florum Betonicæ
Borraginis
Buglossæ
Calendulæ incisorum
Lavendulæ

Rorismarini
Rosarum pallidarum
Rubrarum
Salviæ

Nota. *Pro Conserva Rosarum rubrarum debent adhiberi Flores nondum omninò explicati ; debent etiam Rosæ exungulari , sicut & Flores cæteri omnes à pediculis herbaceis purgari.*

CONSERVA RADICUM HELENII.

℞. Radic Helenii recentium mundatarum Q. V.

Macera per aliquot horas in aqua ferventi , quâ rejectâ , coquantur in altera aqua ad pultis consistentiam , & per setaceum trajiciantur.

℞. Hujus Pulpæ lib. Semis.
Sacchari albi in Decocto Radicum ad Electarii solidi consistentiam cocti lib. II.

Misce fiat S. *A. Conserva.*

D Sassen pag 130 in editis illud peculiariter notandum

Sic parari poterunt.

Conserva Radicum Angelicæ
Eryngii
Satyrii &c.



Pulveres Alterantes.

PULVIS ANTIFEBRILIS.

℞. Rad. Gentianæ,
Calami Aromatici aa Drach. VI.
Contrayervæ
Zedoariæ aa Drach. III.
Angelicæ,
Cornu Cervi Crudi,
Antimonii Diaphoretici,
Myrrhæ electæ aa Drach. II.
Salis Ammoniaci purificati Drach. VI.

Misce fiat Pulvis subtilis.

PULVIS STOMACHICUS.

℞. Rad. Ari præparatarum Unc. II.
Pimpinellæ Saxifragæ,
Acori vulgaris aa Unc. I.
Oculorum Cancrorum præparatorum,
Cinnamomi acuti aa Drach. III.
Salis Absynthii,
Juniperi aa Drach. I.

Misce fiat Pulvis.

PULVIS AURATUS GERMANORUM.

℞. Cinnabaris factitiæ præparatæ Unc. I.
Cinnabaris Antimonii præparatæ Drach. Semis.
Sacchari Candi pulv. Unc. II.

Omnia simul iterum lævigentur super Porphyritem. Tum

℞. Ambræ griseæ Drach. I.

Quæ cum portione pulveris supradicti in pulverem tenuissimum agatur, residuum pulverem simul miscendo: iis ritè permixtis sensim adde

Olei Cinnamomi Drach. I.

In vase ritè occluso serva ad usum.

PULVIS CACHECTICUS.

℞. Limaturæ Chalybis subtilissimè pulv. Unc. I.
Rad. Aronis Drach. I. & Semis.
Oculorum Cancrorum,
Cornu Cervi Spargyricè præparati,
Succini
Cinnamomi acuti aa Scrupul. II.

pharm. ... Brux pag 64

Misce fiat pulvis subtilis.

PULVIS DE GUTTETA.

℞. Rad. Pæoniæ maris,
Seminum ejusdem,
Dictamni albi,
Visci quercini veri aa Unc. Semis.
Seminum Atriplicis Drach. II.
Cranii humani crudi pulv. Drach. III.
Corallorum rubrorum pp,
Hyacinthorum pp. aa Drach. I. & Semis.
Ungulæ Alcis præparatæ Unc. Semis.

pharmac. Brux pag 66

Misce & fiat S. A. Pulvis.

PULVIS DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

℞. Gummi Tragacanthi albi Unc. Semis.
Arabici Drach. II. & Semis.
Amyli Drach. I.
Glycyrrhizæ,
Nucleorum Semin. Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonum aa Drach. Semis.
Seminum Papaveris albi Scrupul. II. & gr. V.
Sacchari Candi Drach. VI.

Misce & fiat S. A. Pulvis.

PULVIS E CHELIS CANCRORUM
E CODICE PARISIENSI.

℞. Apicum nigrorum Chelarum Cancrorum Unc. III.
Oculorum Cancrorum fluviatilium,
Coralli albi,
Succini albi præparatorum,
Cornu Cervi Philosophicè præparati, aa Unc. I.
Margaritarum Orientalium præparatarum,
Lapidis Bezoardici orientalis aa Unc. Semis.
Gelatinæ Viperarum Q. S.

Misce ut fiat Massa, in globulos dividenda, cautè siccandos & tantùm usûs tempore pulverisandos.

PULVIS E CHELIS CANCRORUM
EX PHARMACOPŒA BRUXELLENSI.

℞. Margaritarum orientalium pp.
Oculorum Cancrorum,
Corallorum rubrorum,
Succini albi præparatorum,
Bezoard Occidentalis,

Pulveris Viperarum,
Cornu Cervi ſpargyricè pp. aa Drach. VI.
Contrayervæ,
Serpentariæ Virginianæ aa Unc. Semis.
Chelarum Cancrorum ad pondus omnium.

Miſce fiat Pulvis.

PULVIS HALY.

℞. Seminum Papaveris albi Drach. I. & gr. XV.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Spodii ex Ebore,
Amyli,
Glycyrrhizæ aa Scrupul. I. & gr. II.
Seminum Portulacæ,
Malvæ,
Althææ mundatorum aa Drach. Semis. & gr. VII.
Semin quatuor frigidorum majorum excorticatorum,
Cydoniorum excorticatorum aa Scrupul. II. & gr. XII.
Sacchari Candi albi ad pondus omnium.

Miſce & fiat S. A. Pulvis, qui ſemper recens adminiſtrari debet.

PULVIS MARCHIONIS.

℞. Radicis Pæoniæ Maris Unc. I.
Viſci quercini,
Raſuræ Eboris,
Ungulæ Alcis præparatæ,
Spodii præparati,
Cornu Cervi ex apicibus uſti præparati,
Margaritarum occidentalium præparatarum aa Drach. II.
Corallorum alborum præparatorum Unc. Semis.

Miſce fiat omnium Pulvis.

PULVIS TEMPERANS HELVETII.

℞. Croci martis rore maïali pp. Unc. II.
Antimonii diaphoretici Drach. III.
Cinnabaris nativæ pp.,
Succini flavi,
Florum Benzoini, aa Drach. II.
Salis Sabinæ Drach. III.
Cinnamomi,
Macis aa Drach. I. & Semis.
Fæculæ Bryoniæ,
Aronis aa Unc. Semis.

Fiat omnium Pulvis subtilis, cui adde

Olei Stillatitii Caryophillorum.
Fæniculi aa Drach. Semis.

Misce exactè.

PULVIS CONTRA VERMES.

℞. Cornu Cervi usti Unc. II.
Lumbricorum terrestrium siccatorum Unc. I.
Seminum Caulium,
Portulacæ,
Corallinæ aa Unc. Semis.

Misce & fiat Pulvis.

PULVIS FEBRIFUGUS CERTUS BATEANÆ.

℞. Rad. Serpentariæ Virginianæ Drach. II.
Contrayervæ,
Gentianæ,
Zedoariæ,
Seminum Citri,
Cardui Benedicti,

Lapidis Bezoard occidentalis aa Drach. I.
Specifici vegetabilis Unc. IV.

Misce fiat Pulvis.

PULVIS DIARRHODONIS.

℞. Rosarum rubrarum exungulatarum Drach. XI.
Santali albi,
Rubri aa Drach. II.
Ligni Aloës,
Gummi Tragacanthi,
Eboris usti aa Scrupul. II.
Macis,
Spicæ Nardi,
Rhabarbari optimi,
Cinnamomi,
Caryophillorum,
Croci,
Rad. Asari,
Fructuum Berberorum exsiccatorum.
Semin Anisi,
Cardamomi,
Fæniculi,
Ocymi,
Papaveris albi.
Quatuor frigidorum minorum mundatorum,
Scariolæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Mastiches.
Rasuræ Cornu Cervi,
Margaritarum præparatarum aa Scrupul. I.
Camphoræ gr. VII.

Misce & fiat S. A. Pulvis.

SPECIES DIA-GALANGÆ.

℞. Rad. Galangæ Drach. VI.
Ligni Aloës,
Seminum Cumini,
Levistici,
Radicis Acori,
Zinziberis,
Piperis albi,
Longi,
Caryophillorum,
Cinnamomi,
Macis aa Drach. I. & Semis.
Foliorum Calaminthæ,
Menthæ siccatæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Seminum Apii,
Anisi,
Cardamomi minoris,
Carui,
Fæniculi aa Drach. I.

Misce fiat S. A. Pulvis.

PULVIS DIAMARGARITI FRIGIDI.

℞. Margaritarum pp. Drach. III.
Rad. Contrayervæ,
Cinnamomi optimi,
Trium Santalorum,
Ligni Aloës,
Rad. Zedoariæ,
Baccarum Myrthi,
Rasuræ Eboris,
Typhorum Cornu Cervi Spargiricè pp,
Semin Portulacæ,
Endiviæ,

Oxalidis,
Citri aa Drach. I.
Coralli utriusque pp. aa Drach. Semis.
Florum Buglossæ,
Rosarum rubrarum,
Violarum,
Nymphææ aa Drach. I.

Misce fiat S. A. Pulvis.

PULVIS PLEURITICUS.

℞. Rasuræ minutissimæ dentium crudorum Apri, Unciam Semis.
Flor. Papaver rheados Drach. I. & Semis.
Priapi Cervi Drach. III.
Oculor cancror pp. Drach. II.
Rad. Bardanæ,
Sanguinis Hirci pp. aa Unc. Semis.
Croci Drach. I.

Misce & fiat pulvis tenuissimus.

pharmacie [illegible] pag 67

PULVIS AD CASUM.

℞. Sanguinis Draconis optimi Drach. II.
Sanguinis hirci pp.,
Oculorum Cancrorum pp.,
Boli Armenæ optimi aa Drach. III.
Myrrhæ rubræ,
Radic. Rubiæ Tinctorum aa Drach. II.
Nucis Moschatæ Drach. I. & Semis.
Rhabarbari optimi,
Spermatis cæti recentis aa Drach. I.

Misce & fiat Pulvis subtilissimus.

medicus Recip [illegible] pharmacie [illegible] pag 64

PULVIS LÆTIFICANS.

℞. Meliſſæ,
Corticum Citri extimorum exſiccator,
Caryophillorum,
Maſtiches,
Croci,
Cinnamomi,
Nucis moſchatæ,
Cardamomi majoris,
Nucleorum ſemin Pæoniæ,
Been albi,
Rubri,
Zedoariæ,
Doronici veri,
Semin Ocymi Caryophillati aa Unc. Semis.
Ligni Aloës,
Oſſis de corde Cervi,
Margaritarum pp. aa Drach. Semis.
Raſur Eboris Drachm. I.

Miſce fiat S. A. Pulvis.

PULVIS LIBERANS.

℞. Boli Armen debitè pp. Unc. I. & Semis.
Terræ Lemniæ oriental Unc. I.
Corallorum alborum pp. Drach. III.
Rubrorum pp. Drach. II.
Lapidum pretioſorum Smaragdi,
Rubini,
Hyacinthi aa Drach. II.
Margaritarum pp. Drach. II. & Semis.
Cinnamomi Drach. I.
Caryophillorum Drach. Semis.
Semin Acetoſæ Drach. I.
Citri,

Santali rubri,
Albi aa Drach. Semis & gr. XV.
Spodii Drach. II. & Semis.
Rasur Eboris Drach. I. & Semis.
Croci Orientalis Drach. Semis.

Misce fiat omnium Pulvis.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Rasur Eboris,
Granorum Kermes aa Drach. I.
Santali rubri Drach. Semis.
Caryophillorum Scrupul. I.
Nucis moschatæ Scrupul. II.
Radicum Tormentillæ Drach. Semis.
Margaritarum pp.,
Coralli utriusque aa Scrupul. I.
Sacchari tabulati & perlati Drach. III.

Misce fiat ***S. A. Pulvis.***

PULVIS ABSORBENS ANODINUS.

℞. Apicum nigrorum Chelarum Cancrorum Unc. I.
Corallorum rubrorum Unc. Semis.
Antimonii Diaphoretici,
Cornu Cervi usti,
Lapidum Cancrorum,
Succini albi pp. aa Drach. II.
Cinnabar nativæ Scrupulos IV.
Extracti Opii Scrupulos II.

Ex his debité præparatis, & cum laudano exacté mixtis fiat pulvis subtilis.

Pulveres Solutivi.

PULVIS CARIOCOSTINUS.

℞. Caryophillorum,
Costi odorati,
Zinziberis,
Cinnamomi aa Drach. II.
Hermodactylorum,
Diagridii aa Unc. Semis.

Misce fiat omnium Pulvis.

pharm Brusell pag 513

on pourra faire de meme aux autres electuaires apres qu'ils seront corrigés a voir les especes


Nota, *Quod* Diagridium *semper sit per se terendum, postea aliis immiscendum.*

PULVIS CHINÆ SOLUTIVUS.

℞. Radicis Chinæ Unc. Semis.
Sarzaparillæ,
Corticis ligni Guayaci aa Drach. II.
Foliorum Sennæ mundatorum,
Hermodactyllorum, aa Unc. Semis.
Turbith gummosi Drach. II.
Scammonii pp. Drach. I.
Caryophillorum Scrupul. I.

Misce fiat omnium Pulvis.

selon les autheurs il faut point icy piler la scamonée avec les autres remedes



PULVIS CATHOLICUS

Aliter, Comitis ſive de Tribus.

℞. Diagridii Drach. IX.
Antimonii, per trinam detonationem cum tertiâ parte Nitri recens parati, & edulcorati, Drach. VI.
Tartari Cryſtallini Drach. III.

Miſce fiat Pulvis.

PULVIS DIATURBITH CUM RHEO.

℞. Rhabarbari optimi Drach. X.
Turbith albi & gummoſi,
Hermodactyllorum mundatorum aa Unc. I.
Diagridii Unc. Semis.
Zinziberis,
Santali albi,
Rubri,
Florum Violarum aa Drach. I. & Semis.
Maſtiches,
Seminum Aniſi,
Cinnamomi,
Croci, aa Drach. Semis.

Miſce & fiat S. A. Pulvis.

SPECIES HYERÆ PICRÆ.

℞. Cinnamomi,
Maceris,
Azari,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Maſtiches pulv. aa Drach. VI.

Aloës Succotrinæ non lotæ pulv. Unc. XII. & Semis.

Misce fiat omnium Pulvis.

PULVIS DIACARTHAMI.

℞. Medullæ Seminum Carthami,
Hermodactyllorum mundatorum,
Specierum Diatragacanthi frigidi aa Unc. Semis.
Turbith optimi Drach. VI.
Diagridii Drach. III.
Zinziberis,
Cinnamomi aa Drach. II.

Misce fiat omnium Pulvis.

Nota *Quod* Diagridium *semper sit per se terendum.*

PULVIS ARTHRITICUS PURGANS.

℞. Medullæ Semin Cardui benedicti,
Carthami aa Drach. II.
Cremoris Tartari,
Foliorum Sennæ mundatorum aa Unc. Semis.
Cinnamomi acuti Drach. I.
Diagridii,
Radic Salsaparillæ,
Chinæ
Ligni Guayaci aa Drach. II.

Fiat omnium Pulvis subtilissimus.

Confectiones.

CONFECTIO ALKERMES.

℞. Syrupi granorum Kermes Montepessulo delati lib. II. & Semis.

Calefiat Balneo Maris & per setaceum trajiciatur. Colatura eôdem Balneô ad Syrupi consistentiam inspissetur, cui ferè refrigeratæ sequentes pulveres admisce

Ligni Aloës,
Cinnamomi aa Drach. VI.
Lapidis Lazuli pp.,
Margaritarum Orientalium pp. aa Drach. II.

Misce fiat Confectio.

Nota. *Ubi Medico arriserit, addetur Ambra grisea in Remediis extemporaneis.*

CONFECTIO HYACINTHORUM.

℞. Hyacinthorum pp.,
Corallorum rubrorum pp.,
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ aa Unc. Semis.
Granorum Kermes,
Radic. Tormentillæ,
Dictamni,
Semin Acetosæ,
Limonum,
Portulacæ,

Florum Rosarum rubrarum,
Croci,
Santalorum omnium,
Rasuræ Eboris aa Scrupul. IV.
Cornu Cervi Drach. III.
Sapphiri,
Smaragdi,
Topasii
Margaritarum pp. aa Scrupul. II.
Syrupi de Corticibus Citri Q. S.

Misce S. A.

Antidota & Opiata.

THERIACA ANDROMACHI SENIORIS.

℞. Trochiscorum Scylliticorum Unc. VI.
De Viperis,
Hedycroi,
Piperis longi,
Opii Thebaici præparati aa Unc. III.
Radicis Ireos Florentinæ,
Agarici albi & levis,
Comarum Scordii veri,
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Cinnamomi,
Opobalsami, *ejus loco*, Olei Nucis Moschatæ,
Succi Glycyrrhisæ,
Semin Napi agrestis aa Unc. I. & Semis.
Radic. Costi odorati,
Quinquefolii,
Rhapontici, *vel si desit*, Rhabarbari,
Spicæ Nardi Indicæ,

Sassen. Ibid. 155 156 157 158 et sequentes

Zinziberis,
Cassiæ ligneæ,
Foliorum Dictamni Cretici,
Calaminthæ montanæ,
Prassii albi,
Schœnanthi,
Stæchados Arabicæ,
Croci,
Piperis albi,
Nigri,
Semin Petroselini Macedonici,
Therebinthinæ Cypriæ,
Thuris masculi,
Myrrhæ aa Drach. VI.
Radic. Gentianæ
Meu Athamantici
Valerianæ majoris,,
Nardi Celticæ,
Foliorum Malobatri, *ejus loco*, Corticum Limonis siccatorum,
Polii montani albi,
Comarum Chamædryos,
Chamæpyteos,
Hyperici,
Carpobalsami, *ejus loco*, Baccarum Juniperi,
Amomi, *ejus loco*, Acori veri,
Semin Anisi,
Ammios,
Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Seseleos Massiliensis,
Thlaspios,
Terræ Sigillatæ Orientalis,
Chalcitidis præparat,
Succi Acaciæ condensati,
Hypocistidis,
Styracis calamitæ in guttis,
Gummi Arabici vermiculati,

Sagapeni aa Unc. Semis.
Radicum Ariſtolochiæ tenuis,
Summitatum Centaurii minoris,
Semin Dauci Cretici, illiûs loco, Noſtratis,
Galbani in guttis,
Opoponacis in guttis,
Bituminis judaici,
Caſtorei aa Drach. II.
Mellis optimi deſpumati & ad conſiſtentiam cocti lib. XIV. Unc. V. & Drach. II.

Diſſolvantur ſucci & Gummi Vinô Malvaticô aut Hiſpanicô, fiatque S. A. Electuarium.

DIASCORDIUM FRACASTORII

℞. Folior Scordii ſiccatorum,
Roſarum rubrarum aa Unc. I.
Boli Armeni veri Unc. II.
Radic Biſtortæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Dictamni Cretici,
Semin. Acetoſæ,
Styracis calamitæ,
Galbani,
Gummi Arabici aa Unc. Semis.
Opii Thebaici præpar.
Zinziberis.
Piperis longi aa Drach. II.
Mellis deſpumati lib. III.
Vini generoſi Canarini Q. S.

Fiat S. A. Opiatum.

Sessen pagina 147. 148. 149 porro electuarii diascordii praeparato commodissime institui potest modo sequenti pag 149 Recipe

PHILONIUM ROMANUM.

℞. Piperis albi,
Cassiæ ligneæ,
Cinnamomi aa Drach. II.
Euphorbii,
Pyretri aa Drach. Semis.
Zedoariæ,
Spicæ Nardi aa Scrupul. II.
Semin Hyoſciami albi Unc. Semis.
Opii præparati Drach. II. & Semis.
Croci Drach. Semis.
Caſtorei,
Myrrhæ aa Drach. I. & Semis.
Semin Apii,
Fæniculi,
Dauci,
Petroſelini aa Drach. I.
Mellis optimi deſpumati lib. I.

Lassen pag 153 154 etiam ese corrigend medici dicunt correctionem non vidi

Diſſolvatur Opium *cum modico vini, cui admiſce* Crocum *&* Euphorbium *ſubtiliſſimè pulveriſata, & addito melle inſperge pulveres & miſce, fiatque S. A. Electuarium Opiatum.*

REQUIES NICOLAI.

℞. Roſarum rubrarum exungulatarum,
Florum Violarum aa Drach. III.
Opii præparati,
Semin Papaveris albi,
Hyoſciami albi,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Pſyllii,

Lassen 153

Bruxelles pag 75

Corticum Radicum Mandragoræ,
Nucis Moſchatæ,
Cinnamomi aa Drach. I. & Semis.
Santali albi,
Citrini,
Rubri,
Spodii,
Gummi Tragacanthi aa Scrupul. II. & gr. V.
Mellis optimi deſpumati & cocti triplum.

Miſce fiat S. A. Electuarium Opiatum.

Electuaria Solutiva.

ELECTUARIUM DIA-CATHOLICON.

℞. Radic. Polypodii quercini recentis Unc. IV.
Semin Fæniculi Unc. I.
Aquæ fontis lib. IV.

Bulliant ad dimidias : colato adde

Sacchari albi farinacei lib. II.

Coquantur in Syrupum, quô diſſolve

Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum aa Unc. II.

Diſſolutis adde ſequentia pulveriſata,

Foliorum Sennæ mundatorum Unc. II.
Rhabarbari electi,
Mechoacannæ aa Unc. I.
Florum Violarum ſiccarum,

Seminum Anisi aa Unc. Semis.
Glycyrrhisæ,
Seminum quatuor frigidorum majorum enucleatorum aa Drach. II.

Misce fiat S. A. Electuarium.

ELECTUARIUM DIA-PHOENICUM.

℞. Pulpæ Palmularum in Hydromelite maceratarum, coctæ & per setaceum transmissæ,
Penidiorum recentium aa lib. Semis.
Amygdalarum dulcium excorticatarum Unc. III. & Semis.

Contusis & permixtis omnibus, adde

Mellis despumati lib. II.

Coquantur paulùm, deinde insperge sequentes pulveres.

℞. Zinziberis,
Piperis longi,
Maceris,
Cinnamomi,
Folior Ruthæ siccatorum,
Semin Dauci,
Fæniculi, aa Drach. II.
Turpethi Unc. IV.
Diagridii Unc. I. & Semis.

Misce fiat S. A. Electuarium.

ELECTUARIUM E SUCCO ROSARUM.

℞. Succi Rosarum pallidarum depurati,
Sacchari albi conglobati aa lib. I. & Semis.

Coctis S. A. insperge sequentes pulveres :

Scammonii præparati Unc. I. & Semis.
Santalorum omnium,
Cinnamomi aa Drach. II.
Camphoræ Scrupul. I.

Misce fiat S. A. Electuarium

CONFECTIO HAMECH.

℞. Foliorum Sennæ mundatorum,
Radic. Polypodii quercini,
Rhabarbari electi,
Agarici albi & Pulpæ Colocynthidis in nodulo ligatorum,
Florum Violarum.
Herbæ Epithymi aa Unc. II. non usité
Absynthii vulgaris,
Thymi aa Unc. I.
Semin Anisi,
Fæniculi,
Florum Rosarum Rubrarum aa Unc. Semis.

Infunde & coque in S. Q. seri lactis, Colaturæ expressæ adde

Succi Fumariæ depurati,
Sacchari aa lib. I. & Semis.

Decoctis ad mellis consistentiam & percolatis adde

Pulpæ Cassiæ,
Prunorum,
Tamarindorum
Mannæ Calabrinæ aa Unc. I. & Semis.

In debitam consistentiam redactis insperge

Foliorum Sennæ mundatorum,
Rhabarbari electi aa Unc. I.
Scammonii præparati Unc. I. & Semis.
Semin Fumariæ,
Anisi,
Spicæ Nardi Indicæ, aa Drach. II.

Fiat S. A. Electuarium.

ELECTUARIUM DIA-COLOCYNTHIDOS.

℞. Pulpæ Colocynthidis,
Aloës,
Agarici,
Chamædrios,
Prassii albi,
Stæchados Arabicæ aa Drach. X.
Opopanacis,
Sagapeni,
Aristolochiæ rotundæ,
Semin Petroselini,
Piperis albi aa Drach. V.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Folii *seu* Macis,
Croci,
Myrrhæ aa Unc. Semis.
Mellis despumati lib. III. & Drach. X.

Misce fiat S. A. Electuarium.

qui d'[illegible] est
il falloit remplir
Le Codex
L'electuaire n'est
plus d'usage
[illegible] page 130

In confectione hujus Electuarii convenit Opopanacem, Sagapenum *&* Myrrham *in liquore aliquo convenienti studiosè priùs dissolvere, ac soluta demùm speciebus reliquis admiscere.* Les auteurs demandent
icy encore qu'on dissolve les gommes [illegible]
l'arbitre a l'apoticaire avec quoy [illegible]

PASSULÆ CORINTHIACÆ LAXATIVÆ.

℞. Passularum Corinthiacarum mundatarum Unc. IV.

Bulliant in S. Q. Aquæ ad mollitiem, & in Unciis VIII. *prædicti Decocti, & Vini albi Unciis* II., *infunde per viginti quatuor horas*

Foliorum Sennæ mundatorum Drach. VI.
Cremoris Tartari pulverisati Drach. II.
Seminis Anisi Drach. I.

Posteà colentur, & Colaturæ adde Passulas jam coctas, cum

non usité

Mannæ,
Sacchari albi aa Unc. II.

Et post unam alteramve ebullitionem repone. Eodem modo parantur Pruna Damascena.

Tabellæ.

ad quid

SACCHARUM PERLATUM.

℞. Sacchari albissimi lib. I.
Aquæ Rosarum Q. S.

Coquantur in consistentiam Tabellæ, sub finem coctionis immiscendo

Margaritarum præparat Unc. Semis.

Fiant S. A. Tabellæ.

PENIDIA.

Penidia, quæ & Alphenicum quoque in officinis dicuntur, constant ex Saccharo albissimo in decoctione Hordei cocto ad Electuarii solidi, seu Tabellæ, ut aiunt, spissitudinem, tum saccharum calens adhuc supra marmor oleo amygdalarum dulcium illitum projicitur; & cum minùs calens est, & jam spissescit, manibus etiam oleo amygdalino illitis contrectatur, subigitur, donec consistentiam ductilem acquisiverit: tum massa unco ferreo trabeculæ affixo adducitur, reducitur, trahiturque denuò, quousque dealbetur; tandem in fila ducitur tenuiora, crassiora, breviora, aut longiora, & sæpius intorta, quæ statim indurescunt. Antequam Massa supra marmor effundatur, ad gratiam addi possunt olei stillatitii flavedinis Mali Citrei guttæ aliquot.

SACCHARUM HORDEATUM.

Paratur ex saccharo in Decocto Hordei, cum tantillo Croci soluto, & albuminibus ovorum ritè depurato. Saccharum solutum, debitè clarificatum, igni admotum lentè bullire sinitur, donec in magnas attollatur bullas. Deinde ubi ad Electuarii solidi consistentiam coctione pervenit, in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam effunditur, ubi promanantes ejus extremitates versùs medium reducuntur; usquedum saccharum Resinæ laricæ instar lentescat, ex quo, digitis oleo inunctis formentur bacilli translucidi, Succini *ad instar.*

TABELLÆ AD VERMES.

℞. Panaceæ mercurii in alcohol redacti,
Resinæ Jalappæ aa Drach. II.
Sacchari Canarini subtilissimè triti Unc. IV.

Misce exactè in mortario marmoreo, & cum S. Q. Mucilaginis Gummi Tragacanthi aquâ Naphæ parati, fiant Tabellæ ponderis Drachmæ dimidiæ leniter exsiccandæ.

In qualibet Tabella continentur circiter Panaceæ & Resinæ ana granum unum & Semis.

TABELLÆ DE ALTHÆA.

℞. Pulpæ Radicis Althææ per setaceum trajectæ Unc. XII.
Sacchari albi lib. II.
Aquæ Naphæ Unc. II.

Vaporent Balneo Maris ad Electuarii solidi spissitudinem, fiant Tabellæ S. A.

Pilulæ Purgantes.

PILULÆ ALOËPHANGINÆ.

℞. Cinnamomi,
Caryophillorum,
Cardamomi minoris,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Calami aromatici,
Carpobalſami, *ejus loco*, Baccarum Juniperi,
Schænanthi,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Roſarum rubrarum exungulatarum,
Abſynthii ſiccati aa Unc. Semis:

Ex his craſſiuſculè tritis educatur per ſpiritum vini Tinctura in vaſe vitreo probè clauſo: in Colaturæ libris tribus nutriatur

Aloës Succotrinæ puriſſimæ lib. I.

Cui diſſolutæ adde

Maſtiches,
Myrrhæ pulv. aa Unc. Semis.
Croci Drach. II.
Balſami peruviani Drach. I.

Tandem abſumptâ humiditate ſuperfluâ, ſuper cineres calidos, aut in Hypocauſto, redigantur in maſſam pilularum.

PILULÆ COCHIÆ.

℞. Specierum Hyeræ ſimplicis Galeni Drach. X.
Trochiſcorum Alhandal Drach. III. & Scrupul. I.
Diagridii Drach. II. & Semis.
Turpethi,
Stæchados aa Drach. V.

Miſce cum Syrupo de Stæchade, *fiat Maſſa.*

PILULÆ RUFFI.

℞. Aloës Succotrinæ electæ Unc. II.
Myrrhæ Unc. I.
Croci Unc. Semiſſem.

Cum Syrupo Limonum fiat Maſſa.

PILULÆ SINE QUIBUS ESSE NOLO.

℞. Cortic Myrobalanorum omnium,
Rhabarbari,
Sennæ,
Agarici Trochiſcati,
Maſtiches,
Abſynthii
Cuſcutæ,
Roſarum exungulatarum,
Violarum aa Drach. I.
Diagridii Drach. VI. & Semis.
Aloës optimæ Drach. XIV.
Succi Fæniculi cum Melle cocti & deſpumati Q. S.

Miſce fiat S. A. Maſſa.

PILULÆ ANGELICÆ.

℞. Succorum depuratorum Cichorii,
Borraginis,
Lupuli,
Fumariæ aa Unc. IV.
Rosarum pallidarum lib. I.

In iis dissolve

Aloës Succotrinæ lib. I.

Colatura vaporet ad consumptionem succorum; sub finem adde

Pulv. Rhabarbari electi Unc. I.
Agarici trochiscati Unc. Semis.
Cinnamomi Drachmas. II.

Fiat S. A. Massa.

PILULÆ UNIVERSALES.

℞. Extracti Catholici Drach. I.
Resinæ Jalappæ,
Salis volatilis Succini aa gr. XXI.

Formentur pilulæ novem æquales.

PILULÆ SPLENETICÆ.

℞. Radic. quinque aperientium mundatar aa Unc. I.
Cortic Radicum Capparum,
Tamarisci aa Unc. Semis.
Herb recent Fumariæ,
Cardui Benedicti,
Chamædryos,

Scolopendriæ,
Eupatorii Cannabini aa Unc. I.
Ceterach,
Linguæ Cervinæ aa Unc. Semis.

Bulliant S. A. in sufficienti quantitate Aquæ Endiviæ ad libras tres. In Colatura effervescant & macerentur

Folior Sennæ mundator Unc. IV.
Semin Anisi,
Fæniculi aa Unc. Semis.

In colatura dissolve

Aloës lotæ Unc. VI.
Resinæ Scammonii Unc. III.

Evapora ad consistentiam Pilularum.

Pilulæ Alterantes.

PILULÆ BALSAMICÆ MORTON.

℞. Pulv. Millepedum pp. Drach. III.
Gummi Ammoniaci purissimi Drach. I. & Semis.
Florum Benzoin Scrupul. II.
Extracti Croci,
Balsami peruviani aa Scrupul. Semis.
Balsami Sulphuris Therebinthinati Q. S.

Fiat Massa.

PILULÆ BALSAMICÆ MONTENSES.

℞. Mandibulæ lucii piscis,
Carnis Viperarum,

Millepedum pp. & pulv. aa Scrupul. IV.
Antihectici Poterii,
Oculorum Cancrorum pp. aa Drach. I.
Gummi Guayaci,
Myrrhæ electæ aa Scrupul. IV.
Croci orientalis Drach. Semis.
Salis volatilis Succini,
Camphoræ aa Drach. I.
Balsami Peruviani Drach. II.
Styracis liquidæ depuratæ Q. S.

Misce fiat Massa.

PILULÆ AD TUSSIM SCHROEDERI.

℞. Succi Glycyrrhisæ,
Thuris aa Drach. I.
Myrrhæ,
Croci,
Opii Thebaïci aa Scrupul. I.
Syrupi Papaveris erratici Q. S.

Misce fiat Massa.

PILULÆ DE CYNOGLOSSA.

℞. Myrrhæ optimæ Drach. VI.
Thuris masculi Drach. V.
Radic. Cynoglossæ siccatarum,
Seminis Hyosciami,
Opii præparati aa Unc. Semis:
Croci,
Castorei aa Drach. I. & Semis.
Syrupi de Stæchade Q. S.

Misce fiat massa. Opium tritum cum Syrupo primùm subigitur, tum reliqua simplicia. Sic procede in præparatione Pilularum ad Tussim Schrœderi.

PILULÆ DE STYRACE GALENI.

℞. Styracis Calamitæ Drach. IX.
Myrrhæ elect,
Opii aa Unc. Semis.

Cum S. Q. ſapæ fiat Maſſa Pilularum.

PILULÆ MATTHÆI, aliàs STARKII.

℞. Saponis Tartarei Drachmas VI.
Opii Thebaïci a ſordibus purgati,
Pulv. Radicis Hellebori albi,
Nigri
Liquiritiæ aa Drach. II.

Miſce exactiſſimè, addendo Olei Therebinthinæ Q. S. ut fiat Maſſa pilularis, quæ toties humectetur Oleo Therebinthinæ, quoties ſicceſcit.

Trochiſci Purgantes.

AGARICUS TROCHISCATUS.

℞. Agarici albi & levis Unc. I.

Cum S. Q. Vini Canarini, cui Zinziberis *Drachma una ſit infuſa, cogatur S. A. in Trochiſcos.*

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Pulpæ Colocynthidis albæ & levis, à ſeminibus purgatæ Unc. V.

Incidatur Pulpa hæc minutiſſimè, & cum quantitate ſufficienti Olei Amygdalarum dulcium recentis *fricetur & pulveriſetur : deinde ſume*

Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii aa Drach. I. & Semis.

Quæ ruditer contusa macerentur in Q. S. Aquæ Rosarum, *donec dissolvantur, & cum parte lacrymarum solutarum formentur* Trochisci, *qui in umbra siccentur: siccati iterùm minutissimè conterantur, & cum reliqua* Mucilagine *rursus formentur Trochisci.*

Trochisci hi nihil aliud sunt, quàm Colocynthis præparata, qui imponi possunt compositionibus Colocynthidem *recipientibus.*

Trochisci Alterantes.

TROCHISCI ALBI RASIS.

℞. Cerussæ aquâ Rosarum lotæ Drach. X.
Sarcocollæ crassioris Drach. III.
Amyli Drach. II.
Gummi Arabici nitidi,
Tragacanthi aa Drach. I.
Camphoræ Drach. Semis.

Pulverisentur S. A. & cum albumine ovi aquâ Rosarum conquassati, *fiant Trochisci.*

[illegible] Dendas pag 194 195

TROCHISCI ALKEKENGI.

℞. Fructuum Halicacabi Drach. I. & Semis.
Semin Citrulli,
Cucurbitæ,
Melonum aa Drach. I. & Semissem & gr. XV.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,

[illegible] pag 174

Bruxelles pag 86

Sanguinis Draconis,
Amygdalarum amararum mundatarum,
Pinearum mundatarum,
Succi Glycyrrhisæ,
Amyli,
Semin Papaver albi,
    Apii,
    Hyosciami
Succini albi,
Terræ Sigillatæ,
Opii præparati aa Drach. I.

Cum Succo Halicacabi, *vel* Aqua Rosacea *in qua ejusdem* Fructus Sicci *fuerint macerati*, *fiant* S. *A. Trochisci.*

TROCHISCI GORDONII.

℞. Semin quatuor frigidorum majorum enucleatorum,
    Papaveris albi,
    Malvæ,
    Bombacis excorticati,
    Portulacæ,
    Cydoniorum,
    Myrtillorum,
Gummi Arabici,
    Tragacanthi,
Nucleorum Pineorum mundatorum,
    Pistachiorum,
Sacchari Candi,
    Penidii,
Glycyrrhisæ rasæ,
Mucilaginis Seminum Psyllii,
Amygdalarum dulcium excorticatarum aa Drach. II.
Boli Armeni,
Sanguinis Draconis,
Spodii ex Ebore,

Rosarum rubrarum exungulatarum,
Myrrhæ aa Unc. Semis.

Cum quantitate sufficienti Hydromelitis, *fiant* S. *A. Trochisci.*

TROCHISCI HEDYCROI.

℞. Ligni Asphalathi, *pro quo* Santali citrini,
Foliorum Majoranæ,
Mari, *pro quo* Dictamni,
Radicis Azari aa Drach. II.
Phu pontici, *id est* Rad Valerianæ majoris,
Costi,
Calami Aromatici, *pro quo* Acori veri,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,
Schænanthi,
Opobalsami, *aut* Olei Nucis Moschatæ per expressionem aa
Drach. III.
Cassiæ Ligneæ,
Folii Malobatri, *pro quo* Corticis exterioris Citri siccati,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci aa Drach. VI.
Amomi, *pro quo* Acori veri, Unc. I. & Semis.
Mastiches Drach. I.
Vini Canarini Q. S.

Myrrha *dissolvatur cum Vino*, *mox* Crocus *&* Mastiche *probè trita adjiciantur*, *deinde* Opobalsamum, *tunc reliqua in pulverem redacta admisceantur, Vinô subindè affusô*, *& cogantur in pastam ex qua formentur Trochisci in umbra siccandi.*

TROCHISCI SCYLLITICI.

℞. Carnis Scyllæ assatæ Unc. VI.
Farinæ Orobi albi & non rufi Unc. IV.

Tere in mortario marmoreo, & fiat Pasta ex qua formentur Trochisci, *qui ponantur in superiore parte ædium meridiem spectante, in umbra, sæpius obvertendo, donec probè siccati fuerint.*

Loco Trochiscorum *assumatur Caro Scyllæ præparata, in confectione* Theriacæ *Andromachi.*

TROCHISCI VIPERINI.

Eorum locô substituatur Caro Viperarum pulverisata.

TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Myrrhæ elect Drach. III.
Lupinorum Drach. V.
Foliorum Rutæ,
Mentastri,
Pulegii Cervini, *id est*, Dictamni Cretici,
Rad. Rubiæ Tinctorum,
Semin Cumini,
Assæ fætidæ,
Sagapeni,
Opopanacis aa Drach. II.

Dissolvantur gummi in mortario calido Acetô Scyllliticô, *addendo species, & cum* Q. S. Succi Arthemisiæ *cogantur in pastam, ex qua formentur* Trochisci

TROCHISCI DE CARABE.

℞. Carabes Unciam Semis,
C. C. usti,
Gummi Arabici tosti,
Tragacanthi,
Coralli rubri usti,
Succi Acaciæ,
Hypocistidos,
Balaustiorum,
Mastiches,
Laccæ,
Semin Papaveris nigri assi aa Scrupul. IV.
Thuris,
Croci,
Opii præparati aa Drach. I.
Mucilaginis Semin Psyllii aquâ Plantaginis extractæ Q. S.

Formentur Trochisci.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞. Pulv. Rad. Ireos Florentinæ Unc. I. & Semis.
Amyli Unc. II. & Semis.
Sacchari albissimi Unc. XX.

Misce & cum Mucilagine Gummi Tragacanthi *fiant Trochisci.*

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA.

℞. Terræ Sigillatæ,
Boli Armeni,
Sanguinis, *id est*, Lacrymæ Draconis,
Gummi Arabici tosti,
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Amyli tosti,

Acaciæ,
Hypociſtidis,
Lapidis Hæmatitis,
Balauſtiorum,
Coralli rubri,
Carabes aa Drach. I.
Spodii ex Ebore,
Margaritarum præparatarum,
Tragacanthi,
Semin Papaveris nigri aa Drach. I. & Semis.
Semin Roſarum rubrarum, *ſive* Antheræ Drach. I.
Portulacæ,
Cornu Cervi uſti,
Thuris maſculi,
Conorum Cupreſſi,
Croci aa Drach. II.

Combien de poudre
non usité

Cum Succo vel Aqua Plantaginis Fiant S. A. Trochiſci.

Olea per Expreſſionem.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

℞. Amygdalarum dulcium ſiccarum non tamen rancidarum Q. V.

Contunde in mortario marmoreo, piſtillo ligneo, minutiſſimè, & dein ex his tritis & telâ cannabinâ involutis prælo ſenſim Oleum exprime.

Simili modo parantur Olea

Amygdalarum amararum
Seminum Lini
Nucum Juglandium
Semin Papaveris albi

OLEUM OVORUM.

℞. Ova recentia quot volueris

Coquito donec penitùs induruerint, ex his vitellos exime, & comminutos in Sartagine igne mediocri assa, spatulâ assiduè movendo, donec rufescant, & pinguedinem quandam exudent: dein adhuc ferventes sacculo cannabino aut pilis contexto excipiantur, & prælo committantur, ut Oleum *effluat usui reponendum.*

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ.

℞. Nucum moschatarum contusarum Q. V.,

Supra cribrum inversum & coopertum vapori aquæ ferventis per horæ Semi-quadrantem expone, ut penitiùs humescant; tunc sacculo denso inclusæ prælo calido promptè exprimantur. Extillabit Oleum.

Eodem modo parantur

Oleum Anisi
Carui
Anethi
Cumini



Olea per infusionem & coctionem.

OLEUM ROSATUM.

℞. Olei Olivarum non rancidi lib. X.
Florum Rosarum rubrarum recentium, non penitùs apertarum, leviter contusarum lib. IV.

Misceantur, insolentur aut loco calido detineantur per viginti dies; dein coquantur lentô igne, non tamen ad omnimodam humiditatis consumptionem; postea fortiter exprimantur: expressum Oleum servetur.

Eô *quô* Rosatum *modô, fiant & sequentia, eâ animadversione tamen adhibitâ, ut in coquendis* Herbarum calidarum Oleis, *earum Decoctum addatur. Item quod* Oleum Rosatum, Cherinum, Violarum, *solâ etiam insolatione fieri possint, vel saltem parùm bullire debeant, nón autem referre, si ex* Herbis calidis Olea *diutiùs bullierint.*

Oleum Absynthii vulgaris recentis
CHAMOMELINUM, ex floribus recentibus.
MELILOTI, ex floribus recentibus.
LILIORUM ALBORUM, ex floribus abjectô luteô.
CHERINUM, ex floribus recentibus.
RUTÆ, ex herba virente.
SAMBUCI, ex floribus recentibus
VIOLARUM, ex Violis recentibus
TRIFOLII ODORATI, ex floribus
NYMPHÆÆ ALBÆ, ex floribus mundatis.
SAMPSUCHINUM, sive Majoranæ.

OLEUM SCORPIONUM.

℞. Scorpiones terrestres, vivos, mediocris magnitudinis No. centum.
Olei Olivarum lib. II. & Semis.

Suffocentur in Oleo, & serventur ad usum in vase clauso.

OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

℞. Lumbricorum terrestrium Vino albo submersorum & lotorum lib. II.
Olei Olivarum lib. IV.

Bulliant ad consumptionem humiditatis, colentur & exprimantur.

OLEUM FLORUM HYPERICI.

℞. Florum Hyperici leviter contusorum lib. I.
Conjiciantur in Olei Olivarum lib. IV.

Per septem dies insola, dein coque leviter Balneo Maris. Cola & idem secundò fiat cum novis floribus. Tertiò tandem flores alios pari quantitate & paululum siccatos in idem Oleum conjice & relinque per mensem, dein cola, exprime & defæca.

OLEUM MUCAGINUM.

℞. Radicum Althææ recentium Unc. XX.
Scyllæ recentis in mortario marmoreo contusarum Unc. IV.
Semin Fænugræci,
Lini integrorum aa lib. I.

Macerentur in S. Q. aquæ, deinde leniter coquantur donec remittant crassam & viscosam mucilaginem.

Cujus per Setaceum trajectæ lib. II.

adde

Olei Anethini,
Chamæmelini,
Liliorum alborum aa Unc. XVI.

Coquantur simul ad humiditatis aqueæ consumptionem, subinde agitando nè adurantur.

OLEUM VULPINUM.

℞. Vulpem (qua fieri potest) pinguem, ætatis mediæ, venatuque circa Autumnum captam.

Hanc occide, exentera, carnibusque post detractam pellem in frusta dissectis, fractisque singulis ossibus, adde

Vini albi,
Aquæ fontis aa lib. X.
Salis Marini Unc. III.
Summitatum Anethi,
Thymi,
Chamæpityos aa Unc. II.

Coque diligenter despumando ad medias, mox fiat cum expressione Colatura; eandemque recoque cum

Olei veteris optimi lib. IV.
Florum Salviæ,
Rorismarini aa Unc. I.

Absumptâ demum aqueâ humiditate colentur denuò; Oleumque ab omni aquositate immune servetur usui.

OLEUM MYRTILLORUM.

℞. Baccarum Myrti ruditer contusarum lib. Semis.
Olei Omphacini lib. I. & Semis.
Vini rubri austeri lib. Semis.

Coquantur ad consumptionem Vini, colentur & exprimantur

OLEUM CROCI.

℞. Croci Unc. Semis.
Myrrhæ electæ Drach. II.
Aceti Vini Unc. IV.
Cardamomi Drach. IV. & Semis.
Olei Unc. IX.

Crocum & Myrrham diebus quinque macera cum aceto; die sexto Cardamomum; septimô cum oleo coquantur igne lentô ad aceti consumptionem.

OLEUM DE EUPHORBIO.

℞. Staphidis Agriæ,
Saponariæ aa Unc. Semis.
Pyrethri Drach. VI.
Calaminthæ Montanæ siccæ Unc. I. & Semis.
Costi Drach. X.
Castorei Drach. V.

Trita, triduòque macerata in Vini odoriferi lib. I., *coquantur ad medias. Deinde frica multùm diuque manibus, & cola; & cum* Olei Cheyrini lib. I. & Semisse, *coque ad Vini reliqui consumptionem: in hoc oleo solve,*

Gummi Euphorbii electi & tenuissimè triti Unc. Semis.

Factâ dissolutione calore leni, fiat colatura, Oleumque servetur usui.

Balsama.

BALSAMUM ARCÆI.

℞. Therebinthinæ venetæ,
Gummi Elemi aa Unc. I. & Semis.
Sevi Castrati Unc. II.
Axungiæ Porcinæ veteris & insulsæ Unc. I.

Ex omnibus simul liquatis & colatis, fiat ex arte Balsamum.

BALSAMUM LUCATELLI.

℞. Olei Olivarum optimi lib. III.
Therebinthinæ in aqua rosarum lotæ Unc. VIII.
Ceræ lib. I.,
Santali rubri pulverisati Unc. II.
Vini Hispanici Q. S.

Coque S. A. addendo circa finem

Balsami peruviani Unc. I.

BALSAMUM LUCATELLI
MAGIS COMPOSITUM.

℞. Butyri recentis insulsi lib. I. & Unc. IV.
Cancrorum fluviatilium viventium, contusorum, No. XXV.

Stent simul in digestione per 24. *horas*, *&* *leni calore evaporentur ad totius humiditatis consumptionem; colatura fortiter expressa servetur ad usum sub titulo* Butyri Cancrorum.

℞. Rad. Consolidæ majoris,
Tormentillæ,
Enulæ campanæ,
Ligni Santali rubri aa Unc. I.
Summitatum Abietis,
Herbarum Veronicæ,
Pulmonariæ maculosæ,
Vincæ pervincæ,
Pilosellæ,
Florum Rosarum rubrarum,
Farfaræ aa Unc. Semis.
Hyperici Unc. I. & Semis.
Vini Burgundici rubri lib. II.
Olei Lini,
Olivarum aa lib. I.

ce beaume est efficace et superbe et tres excellent Le medecine que [illegible] [illegible]seurer que tou Les medecins de Cette ville comme Ceux de tous Les ville en [illegible] jug Certainement ce beaume etre

Bulliant S. A. ad totius humiditatis consumptionem. Tunc olei supradicti, colati & fortiter expressi libræ uni, adde

Butyri Cancrorum lib. I.
Ceræ Citrinæ Unc. II.
Therebinthinæ Venetæ,
Balsami Copaivæ,
Gummi Elemni aa Unc. I.
Olibani,
Mastiches,
Myrrhæ in Lacrymis aa Drach. VI.

[illegible] estes dans bien meme, mais Les auteurs devoient [illegible] Leur [illegible] medicamentaire [illegible] meme Les Erreurs [illegible]

Corrigées par La faculté de medecine de notre université de Louvain

Spermatis Cæti recentis,
Terræ Catechu aa Unc. I. & Semis.
Balſami Peruviani Unc. I.

Fiat S. A. Balſamum.

BALSAMUM COMMENDATORIS.

℞. Radicis Angelicæ Bohemicæ ſiccæ, minutim inciſæ Unc. Semis.
Florum Hyperici ſiccorum Unc. I.
Spiritûs Vini rectificati lib. III.

Digerantur ſimul, ſub ſole, vel Balneo Maris in vaſe clauſo, identidem agitando ad perfectam Tincturam. In Colatura expreſſa adde

Myrrhæ,
Olibani aa Unc. Semis.

Digere ut ſupra. Tum

℞. Styracis Calamitæ Unc. II.
Benzoini Unc. III.
Balſami Tolutani Unc. I.
Aloës Succotrinæ Unc. Semis.

Contrita conjiciantur in Tincturam ſuprà dictam. Inſolentur adhuc per quadraginta dies. Fiat Colatura. Servetur ad uſum.



Unguenta & Cerata.

UNGUENTUM CITRINUM AD SCABIEM.

℞. Mercurii vivi Unc. II.

Dissolve in

Aquæ fortis Unc. III.

Tum misce cum Axungiæ porcinæ liquefactæ libra una, agitando simul donec incipiat frigescere. Projice super papyrum ut fiant Tabellæ.

UNGUENTUM DE STYRACE LEMERY.

℞. Styracis liquidæ depuratæ,
Gummi Elemni,
Ceræ flavæ aa Unc. VII. & Semis.
Colophoniæ Unc. II.
Olei Nucum lib. II. & Semis.

Fiat S. A. Unguentum.

UNGUENTUM AD OCULOS.

℞. Butyri maïalis recentis, calore solis per linteum trajecti Unc. XIX. & Semis.
Lapidis Calaminaris pp. Unc. IV. & Semis.
Tuthiæ pp. Unc. I. & Semis.
Corallorum alborum pp. Drach. III.
Vitrioli albi,
Camphoræ aa Drach. I.

Misce exactè usui.

on demande Le beurre de mai frai[s] recent pour La faire fondre à la chaleur du soleil travers un Linge cette operation

bon onguen[t] si Lon sui[t] Les auth[eurs]

Le beurre ne se ...

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Æruginis ſubtiliter pulveriſatæ Unc. V.
Mellis Unc. XIV.
Aceti vini acerrimi Unc. VII.

Coquantur ſimul igne lentô, donec fiat Unguentum ſpiſſum & colore purpureum.

UNGUENTUM ALBUM RHASIS.

℞. Olei Roſati Unc. IX.
Ceruſſæ pulveriſatæ Unc. VI.
Ceræ albæ Unc. II. & Semis.

Poſt liquefactam in Oleo Ceram, tempeſtivè injice Ceruſſam, moveanturque continuò, donec inſpiſſentur, & fiat Unguentum.

Camphoratum *fiet, ſi libræ uni Unguenti addas,*

Camphoræ oleo roſato tritæ Drach. I·

UNGUENTUM ALTHÆÆ.

℞. Olei Mucaginum lib. IV.
Ceræ flavæ lib. I.
Reſinæ puræ lib. Semis.
Therebinthinæ Unc. II.
Pulv. Radicis Curcumæ Q. S. PRO COLORE FLAVO.

Jessenius pagina 207

Liquentur ſimul leni igne ſine ulla coctione, & colatum per linum, Unguentum ſervetur uſui.

Item Jessen pag 202 203 propter oleum mucaginum

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

non usitè

℞. Olei Olivarum communis lib. II.
Lithargyri auri Drach. X.

Charas pharmac...

Coque leni igne affusâ aquæ puræ S. Q., ſpatula continuò agitando ad Unguenti mollioris conſiſtentiam: adde

est jam Correctum pag 666. 667. 669. 669

Ceræ flavæ,
Reſinæ aa Drach. XIV.

Liquatis & adhuc tepentibus miſce ſequentia aceto acerrimo diſſoluta, colata & ad mellis conſiſtentiam cocta

Gummi Ammoniac Drach. XIV.
Bdellii Drach. VI.
Galbani
Opopanacis aa Unc. Semis.

Miſcendo his

Therebinthinæ Drach. XIV.

Tandem injice pulveres ſequentes.

Ariſtolochiæ longæ,
Olibani aa Drach. VI.
Myrrhæ Unc. Semis.
Æruginis Drach. II.

Fiat S. A. Unguentum.

Jassen 207-208 unguentum hoc præstantius evadet si loco aquæ communis accipiatur acetum et gummata a vehementi nimia præscripta coctione vindicentur quod facile fiet si gummatibus pulverisatis ... 630 da

UNGUENTUM BASILICON.

℞. Picis navalis,
Resinæ Pini,
Sevi Vaccini,
Ceræ Citrinæ aa lib. I.
Olei communis lib. II.

Liquata commisceantur, & fiat S. A. Unguentum.

UNGUENTUM MARTIATUM.

℞. Herbarum Absinthii,
Abrotani,
Basilici,
Calaminthæ,
Centaurii minoris,
Chamædryos,
Costi hortensis,
Majoranæ,
Menthæ aquaticæ,
Sabinæ,
Salviæ
Sambuci aa Unc. I. & Semis.
Foliorum Lauri,
Rorismarini,
Ruthæ aa Unc. III.
Seminum Cumini,
Fænugræci,
Urticæ majoris aa Unc. Semis.

Omnia minutim incisa & contusa coquantur, cum Axungiæ porcinæ lib. IV.

Expressis & ab humiditate separatis adde

Olei Nucis Moschatæ expressi & tessellatim incisi Unc. I.

Sallernus pag 208

Convenient itaque sola infusione in una alterave elutione in cucurbita capitello munita contentum esse ut ingredientium virtutibus quantum fieri potest unguentum commendabile effica[...]

Sallernus pag 208

Ac ubi ab igne refrixerint

Styracis liquidæ depuratæ Unc. III.

Fiat S. A Unguentum.

UNGUENTUM NEAPOLITANUM

℞. Axungiæ ſuillæ recentis non ſalitæ, a membranis probè purgatæ lib. I.
Succi ſalviæ Unc. IV.

Sassenus pag 209

Bulliant ſimul lentô igne ad Succi conſumptionem; in Colatura liquefac

Sententia Simus errores jam correctos a brevib animadvers approbat

Ceræ flavæ,
Olei Laurini aa Unc. I.

His ab igne ſemotis & frigefactis immiſce exactiſſimè in mortario

Mercurii crudi Unc. IV.
Styracis liquidæ, cum Uncia I. Therebinthinæ ſolutæ, Unc. Semis.
Olei Guayaci Drach. II.

Fiat ex arte Unguentum.

UNGUENTUM NERVINUM

℞. Herbarum recentium Salviæ,
Jvæ Artheticæ,
Majoranæ,
Roriſmarini,
Menthæ,
Ruthæ,
Paralyſeos cum flore,

Sassen pag 209

in hoc ungto solutio mastiches terebinthina ex arte fiat in vase clauso, nota

Florum recentium Lavendulæ,
Hyperici,
Chamomillæ,
Meliloti,
Summitatum Anethi recentium,
Baccarum Lauri,
Juniperi, aa Unc. I.
Radicis Pyrethri Drach. II.

Inciſa & contuſa immergantur in

Olei Lumbricorum,
Vulpini,
Anethini,
Hyperici aa Unc. III.
Therebinthinæ Unc. I.
Axungiæ humanæ,
Cati ſilveſtris,
Canis aa Unc. Semis.

Macerentur per ſeptimanam unam aut alteram; poſteà in Cucurbita ſemel atque iterum bulliant, exiguâ, quæ prodiit, humiditate herbis & oleis reaffuſâ; tum fortiter exprimantur & colentur, in expreſſo ac colato diſſolve

Maſtichis optimè pulveriſatæ Unc. Semis.
Therebinthinæ Unc. IV.
Ceræ Unc. III.
Benzoini, in Unciis duabus Spiritûs Vini rectificatiſſimi diſſoluti, Drach. VI.

Et conficiatur Unguentum.

UNGUENTUM NUTRITUM

℞. Lithargyri auri tenuissimè lævigati lib. Semis.
Olei Olivarum lib. II.
Aceti Vini Q. S. ad nutriendum in mortario.

Fiat S. A. Unguentum.

UNGUENTUM POPULEON.

℞. Oculorum Populi arboris recentium & contusorum lib. III.
Axungiæ Porcinæ recentis fusæ & colatæ lib. VI.

Mixta simul macerentur, donec Herbæ sequentes sub initium æstatis colligi possint: Tunc

℞. Foliorum Bardanæ,
Hyosciami,
Lactucæ,
Mandragoræ,
Papaveris nigri,
Sedi majoris,
minoris,
Solani,
Umbilici Veneris, *ejus loco* Crassulæ,
Cymarum Rubi teneriorum aa Unc. VI.

Contusa omnia commisceantur Axungiæ *&* oculis Populi; *post aliquot dies adde*

Succi Solatri lib. I.

Coquantur ad humiditatis consumptionem; colentur & exprimantur.

Post annum invalidum redditur hoc Unguentum, aut contrariarum virium; eò quod facilè rancescat.

UNGUENTUM ROSATUM.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis, purgatæ & candidæ Q. V.

Cui admisce

Rosarum recentium mundatarum & modicè in pila lapideâ contusarum quantùm Axungia capere potest.

Macerentur per aliquot dies; tum colliquentur & exprimantur; addendo denuò Rosas recentes, *hocque tertiò. In fine decoquantur ad humiditatis consumptionem, etiam affundendo*

Aquæ Rosarum lib. I.

Post refrigerationem ducatur pars venditioni exponenda pistillô ligneô in vase marmoreo, superaffusá aquâ Rosaceâ & Unguentum erit gratiosum & candidum.

UNGUENTUM FUSCUM

Vulgò de la Mere.

℞. Axungiæ Porci,
Butyri recentis insulsi,
Ceræ flavæ,
Adipis Vervecis,
Lithargyri auri pp. aa. Unc. VIII.
Olei olivarum Unc. XVI.

Coque more Emplastri, donec ex fusco nigrescat.

UNGUENTUM DE ARTHANITA

℞. Succi Cyclaminis lib. II.
Fructuum & Herbarum Cucumeris agrestis,

Butyri Vaccini aa lib. I.
Olei Simplicis lib. II.
Pulpæ Colocynthidis Unc. IV.
Polipodii Unc. VI.
Euphorbii Unc. Semis.

Contundenda terantur & macerentur in Succo & Oleo per octiduum in vase vitreato probè obturato; postea coquantur ferè ad consumptionem humiditatis, fiatque Colatura & expressio fortis, & in expresso oleo liquefac

Ceræ flavæ Unc. V.
Tum

℞. Gummi Sagapeni Unc. I.
Myrrhæ pulv. Drach. III.

Solvantur in mortario calido, pistillô calidô, cum Q. S. *Aceti, teranturque diligenter, donec grumi non appareant, ad formam mellis; iis adde*

Fellis Taurini ad mellis spissitudinem in Balneo cocti Drach. VII.

Ac cum prædicto oleo, in quo Cera fusa est probè misceantur, quibus continuò motis, insperge paulatim pulverem subsequentium medicamentorum,

℞. Scammonii,
Aloës,
Colocynthidis,
Mezeræonis,
Turbith aa Drach. VII & Semis.
Sal gemmæ Drach. IV & Semis.
Euphorbii,

Piperis longi,
Zinziberis,
Chamæmeli aa Drach. III.

Fiatque Unguentum.

UNGUENTUM MUNDIFICATIVUM DE APIO

℞. Foliorum recentium Apii Unc. XX.
Nicotianæ,
Sempervivi majoris,
Solani aa Unc. X.
Abſynthii,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Chelidonii majoris,
Marrubii,
Millefolii,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Brunellæ,
Vincæpervincæ,
Summitatum Anagallidis,
Centaurii minoris,
Scordii,
Veronicæ,
Radic recent Ariſtolochiæ Clematitis,
Cyperi longi,
Jridis noſtratis,
Scrophulariæ majoris aa Unc. II.
Aloës Succotrinæ,
Myrrhæ electæ aa Unc. I.
Olei Olivarum lib. VI. & Unc. VIII.
Ceræ flavæ Unc. XV.
Sebi Arietini Unc. X.
Reſinæ Pini,

Therebinthinæ claræ aa Unc. VI.

In Oleo dissolve sebum, dein projice Radices & Herbas contusas, coquantur sæpius movendo, donec totus plantarum humor ferè consumptus fuerit. Postea colentur & fortiter exprimantur. Expresso, fæcibus omnibus exemptis, adde Ceram, Resinam, & Therebinthinam. Coletur iterum. Unguento semirefrigerato adde Myrrham & Aloëm pulverisatas.

CERATUM DEFENSIVUM

℞. Olei Rosati,
Aceti Rosati aa Unc. VI.

Bulliant simul continuò agitando ad consumptionem Aceti, & in Oleo liquentur

Ceræ albæ Unc. VI.

Quibus tepidis immisce sequentia pulverisata

Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ aa Unc. II.
Sanguinis Draconis Unc. I.
Balaustiorum Unc. Semis.

Et fiat S. A Ceratum.

pharmacop Bruxell pag 114

CERATUM SPERMATIS CÆTI

℞. Ceræ albæ Unc. XII.
Spermatis Cæti Unc. VIII.
Olei Amygdalarum dulcium Unc. II.

Sperma Cæti cum oleo solvatur & liquescat cum Cera, ut fiat Ceratum.

Emplastra

EMPLASTRUM AD FRACTURAS

Jassen pag 212 & 213

℞. Radicum & Foliorum Consolidæ majoris Unc. II.
Althææ,
Baccarum Mirthi aa Unc. Semis.
Foliorum Hyperici,
Salicis aa Unc. I.

Coque in S. Q. aquæ Chalybis ad libram I.

Colaturæ fortiter expressæ & mucilaginosæ tum adde

Sevi Hircini,
Olei Rosarum, non usité
Mirtillorum aa lib. Semis.

Quibus liquatis adde

Lithargyri auri lib. Semis
Minii Unc. II.

Coque ad consistentiam Emplastri tenuioris, tum in eo liquefac

Ceræ flavæ Unc. IV.
Therebinthinæ Unc. II.

Addendo pulveres sequentes

Boli Armeni,
Terræ sigillatæ,
Olibani,
Myrrhæ,
Mastichis aa Unc. I. & Semis.

Sanguinis Draconis Unc. I.

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE BETONICA.

℞. Herbarum Betonicæ,
Plantaginis,
Apii,
Verbenæ,
Pimpinellæ aa Unc. Semis.

Incisas & contusas coque leniter cum

Ceræ flavæ Unc. IV.
Resinæ Pini lib. Semis.
Colophoniæ Unc. Semis.

Colaturæ expressæ adde

Therebinthinæ,
Gummi Elemi aa Unc. IV.
Masticches Drach. Semis.

Fiat S. A. Emplastrum.

il peut etre aussi appellé emplastre ... Passen pag 212 et 213 meme plustot que betoine etant La premiere Lettre de l'alphabete les herbes doit elles etre seches ou recentes Corrigend

EMPLASTRUM DE CICUTA.

℞. Cicutæ recentis parùm contusæ Q. S.
Sevi Arietis,
Resinæ,
Resinæ Pini aa Unc. IX.
Ceræ citrinæ Unc. VI.

Passen pag 212 213

Coque simul ad humiditatis consumptionem, colaturæ fortiter expressæ adde

Gummi Ammoniaci Unc. IV.

Therebinthinæ Venetæ Unc. II.

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

℞. Herbæ Meliloti Unc. VI.
Florum Camomillæ,
Comarum Absynthii,
Sampsuchi, *id est*, Majoranæ,
Baccarum Lauri,
Radicis Althææ aa Drach. III.
Seminis Apii,
Ameos,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ,
Cassiæ ligneæ aa Drach. I. & Semis.
Gummi Ammoniaci Drach. X.
Styracis Calamitæ,
Bdellii aa Drach. V.
Therebinthinæ Unc. I. & Semis.
Ficus pingues coctas & cribratas N°. XII.
Sevi Caprini,
Resinæ aa Unc. II. & Semis.
Ceræ Unc. VI.
Olei Sampsuchini,
De Spica aa Unc. I.
Decoctionis Meliloti, Camæmeli & Fænugræci Q. S.

Misce & fiat Emplastrum. Parandi sunt Magdaleones *crassi, nè exsiccentur.*

EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS.

℞. Mucaginum Seminum Althææ,
Lini,

Fænugræci,
Corticis mediani Ulmi aa Unc. IV.
Olei Camæmelini,
Liliorum,
Anethini aã Unc. I. & Semis.
Ceræ Citrinæ Unc. XX.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis Hieme pulveratorum aa Drach. VI.
Therebinthinæ Unc. II. & Semis.
Croci Drach. II.

Et fiat S. A. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE VIGO,

SEU DE RANIS CUM MERCURIO.

℞. Ranas aquaticas viventes N°. VI.
Lumbricorum terreſtrium vinô albô lotorum & ſubmerſorum Unc. III. & Semis.
Vini albi lib. II.

Infundantur ſimul per aliquot horas, tum bulliant igne moderato ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem.

Matricariæ cum floribus Unc. I.
Schænanti,
Stæchados Arabicæ aa Unc. Semis.

Poſtea adjice

Olei Chamæmelini,
Anethini,
Liliorum alborum aa Unc. II.
Axungiæ Porci lib. I.
Pinguedinis Vitulinæ lib. Semis.

Bulliant rursus omnia ad Vini tertias; colaturæ fortiter expressæ adde

Succi Radicum Ebuli,
Helenii aa Unc. II.

Quibus mixtis & sensim affusis, nutriatur

Lithargyrii auri tenuissimé triti lib. I.

Et coquantur simul lentô igne, donec eam consistentiam acquirant, ut digitis non adhæreant, tum adjice, ut liquescant,

Ceræ Citrinæ Unc. VI.
Axungiæ Viperinæ (*si desit*) Taxi Unc. II. & Semis.
Olei Laurini Unc. I. & Semis.

His ab igne semotis & tepidis, adde

Olei de Spica Unc. II.
Crocini Unc. I.
Olibani pulverisati Drach. X.
Euphorbii pulverisati Drach. V.

Postremò immisce,

Therebinthinæ claræ Unc. II.
Styracis liquidæ Unc. I. & Semis.
Hydrargyrii Therebinthinâ extincti & Styraci prædictæ immixti Unc. IV.

Misce fiat ex arte Emplastrum, quod cum & sine Mercurio à Pharmacopoeo reservari debet. Præparatur idem Emplastrum cum Mercurio duplicato aut quadruplicato, augendo respectivè Mercurii dosim ad duplum aut quadruplum.

EMPLASTRUM DIABOTANUM.

℞. Radicum & Foliorum recentium Bardanæ,
Petasitidis,
Cicutæ,
Chamæpithyos,
Levistici,
Valerianæ majoris,
Angelicæ,
Enulæ campanæ,
Raphani rusticani,
Cucumeris agrestis,
Scrophulariæ utriusque,
Illecebræ,
Gratiolæ,
Chelidonii utriusque aa
Unc. I. & Semis.

Purgata, comminuta & diligenter contusa, in pila lapidea macerentur per dies quatuor, in

Succi Chelidonii majoris,
Hormini,
Cicutæ aa lib. III.

Deinde coquantur ad consumptionem tertiæ partis, colentur & fortiter exprimantur: expressio verò cum

Olei Euphorbii,
Lumbricorum,
Lithargyrii auri pp, aa lib. II.
Succi illecebræ lib. Semis.

Exactè coquatur assiduè movendo spatulâ ligneâ ad emplastri consistentiam; in illis deinde liquefiant

Ceræ flavæ,
Picis Burgundicæ aa Unc. IX,
Styracis liquidæ repurgatæ,
Therebinthinæ claræ,
Gummi Tacamahacæ aa Unc. II.
Ammoniaci,
Galbani,
Olibani,
Maſtiches,
Bdellii,
Opopanacis,
Sagapeni,
Olei de Lateribus, aa Unc. I. & Semis, *tandem inſperge pulv: Sequentes.*
Baccarum Lauri,
Sulphuris vivi aa Unc. I. & Semis.
Bituminis Judaïci Unc. IV.
Foliorum Piſtachii virentium & in umbra ſiccatorum Unc. I.
Fimi Columbini,
Radicis Ireos florentinæ,
Sigilli Beatæ Mariæ,
Cyclaminis,
Ranunculi tuberoſi,
Aſari,
Coronæ Imperialis,
Serpentariæ,
Ellebori albi,
Ariſtolochiæ Longæ,
Rotundæ,
Clematitis,
Seminum Pæoniæ maris,
Angelicæ, *vel ſi deſit*, Staphydiſagriæ,
Naſturtii,
Cumini aa Drach. I. & Semis.

His ritè permixtis, adde

Caphuræ, in oleo Caryophillorum Q. S. solutæ, Unc. Semis.

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM DIA-CHYLON SIMPLEX.

℞. Olei Mucaginum lib. III.
Lithargyrii auri lib. I. & Semis.

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM DIA-CHYLON CUM GUMMIS.

℞. Olei Mucaginum lib. VIII.
Lithargyrii auri lib. IV.
Ceræ,
Therebinthinæ aa lib. Semis.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni aa Unc. IV.

Fiat S. A. Emplastrum.

[illegible] pro gummis [illegible] cum [illegible] aceto dissolv[illegible]

EMPLASTRUM DIA-PALMA.

℞. Lithargyrii auri,
Olei Olivarum aa lib. III.
Axungiæ Porci lib. II.
Aquæ communis, in qua salis communis Uncia una soluta est, Q. S.

Coque S. A. continuò spatulâ palmeâ agitando; sub finem adde

Vitrioli albi Unc. IV.

in emplastro hoc non [illegible] ab nitro [illegible] vitriol album in aqua solutum addet[illegible] propter eandem rationem ob qua acetum in prima nota addendum [illegible]

Perge coctionem, donec digitis non adhæreant.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM.

℞. Gummi Ammoniaci Unc. II.
Elemi Unc. I. & Semis.
Sagapeni Unc. I.

Jassen pag 214
prius hic gummi

Solvantur in S. Q. Aceti *ad pultis formam, cui adde pedetentim & quasi guttatim.*

jam est Cereu[illegible]
[illegible]
Jasseni

Ceræ flavæ odoratæ lib. I.
Therebinthinæ claræ Unc. III.
Colophoniæ, seu Picis Græcæ Unc. IV.

Liquata invicem leni igne, in Sartagine separatim, & non nimis calidè superioribus gummatibus sensim & alternatim, uti dictum, sub continua agitatione infusa; hinc alternatim etiam inspergantur successivè hi pulveres: utpote

Pulveris Gummi Bdellii Unc. IV.
Succini Citrini Unc. III.
Olibani,
Mastiches, aa Unc. I.
Sandaracis Drach. VI.

Post agitentur, donec omnia commixta atque dextrè unita sint, per horam integram in diplomate, vase scilicet duplici, calore leni: fiatque Emplastrum.

Jassen pag 214

EMPLASTRUM

prius hic gummi elemni cum cera
therebintina et Colophonia prescriptis
[illegible]

EMPLASTRUM DIA-POMPHOLYGOS.

℞. Olei Rosarum cum Succo Solatri cocti & præparati Unc. X.
Ceræ albæ Unc. VIII.

Liquescant igne lento, & ab eo remotis insperge pulveres sequentes

Pompholygis præparatæ,
Tuthiæ præparatæ,
Plumbi usti & loti aa Unc. II.
Cerussæ lotæ Unc. IV.
Thuris masculi Unc. I.

Moveantur continuò ad refrigerationem, & fiat S. A. Emplastrum.

Jassen pag 214
in hoc emplastro
plumbum ustum Ora

EMPLASTRUM DIVINUM SEU MANUS DEI.

℞. Olei Olivarum lib. I.
Lithargyrii auri lib. Semis.
Aquæ communis Q. S.

Coque ad consistentiam Emplastri, cui adde

Ceræ flavæ Unc. IV.
Gummi Ammoniaci,
Galbani colati & inspissati aa Unc. I.
Therebinthinæ Unc. I. & Semis.
Olei Laurini Drach. VI.

Tum insperge pulveres sequentes

Myrrhæ,
Mastiches,
Olibani aa Unc. I.
Lapidis Calaminaris,
Magnetis,
Radicis Aristolochiæ longæ,
Rotundæ,

Jassen pag 21
in emplastro
divino gummi
ammoniacum et
galbanum pulveri-
ta in therebintana
Liquentur

Viridis æris aa Unc. Semis:

Misce fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM EPISPASTICUM.

℞. Ceræ Citrinæ Unc. I.
Therebinthinæ Unc. II. *in æstate* Unc. I. & Semis.
Picis albæ Unc. I.

His liquatis & ab igne remotis admisce

Cantharidum pulv. Unc. II.

Et agitando redigantur in Emplastrum.

EMPLASTRUM GRATIA DEI.

℞. Ceræ,
Resinæ aa lib. I. & Semis.
Therebinthinæ Unc. X.

Mixta simul liquefiant & paululùm refrigescant; tunc adde

Olibani pulv. Unc. VI.

Misce & cum Oleo Rosaceo *fiant* Magdaleones.

EMPLASTRUM GRYSEUM
Seu de Lapide Calaminari.

℞. Lapidis Calaminaris præparati Unc. I.
Lithargyrii auri Unc. II.
Cerussæ Unc. Semis.
Tuthiæ præparatæ Drach. III.
Therebinthinæ Drach. VI.
Ceræ albæ Unc. I. & Semis.
Sevi Cervini Unc. II.
Thuris electi Drach. V.
Mastiches Drach. III.
Myrrhæ Drach. II.
Camphoræ Drach. I. & Semis.

Camphora in hoc emplastro pauco oleo rosar. soluta sub finem addatur ac ita emplastrum minus durum quod alioquin fit [illegible]

Confice S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM NORIMBERGENSE.

℞. Ceræ Citrinæ,
Olei Olivarum aa lib. I.
Cerussæ Unc. X.

Coque ad Emplastri *consistentiam; & cum inceperit frigesieri, adde*

Camphoræ Unc. I.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Colophoniæ,
Picis nigræ,
Ceræ flavæ aa lib. Semis.

Liquescant simul lento igne, & ab igne subductis immisce diligenter,

Gummi Ammoniaci,
Galbani pulv. aa Unc. II.
Therebinthinæ Unc. III.
Croci Unc. I.
Olibani,
Masticheѕ,
Myrrhæ aa Unc. II.

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM AD HERNIAM

è Codice Parisiensi.

℞. Picis navalis Unc. XX.
Ceræ flavæ,
Therebinthinæ claræ aa Unc. V.

Radicis Consolidæ majoris siccæ,
Mastiches aa Unc. II. & Semis.
Labdani,
Hypocistidos,
Terræ Sigillatæ aa Unc. II.
Nuces Cupressi No. XII.

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM STIPTICUM PARACELSI.

℞. Minii,
Lapidis calaminaris aa Unc. I.
Lithargyrii Auri,
Argenti aa Unc. II.
Olei Lini Unc. III.
Olivarum Unc. IV.
Laurini,
Juniperi aa Drach. II.
Ceræ,
Colophoniæ aa Unc. II.
Gummi Opopanacis,
Galbani,
Sagapeni,
Ammoniaci aa Unc. Semis.
Vernicis, seu Sandaracis,
Therebinthinæ aa Unc. I.
Bdellii Unc. Semis.
Carabes citrinæ,
Olibani,
Myrrhæ Alexandrinæ,
Aloës Hepaticæ,
Aristolochiæ Longæ,
Rotundæ aa Drach. I. & Semis.
Mumiæ transmarinæ,
Magnetis oleô Martis præparati,
Hæmatites aa Drach. II.

ex correctum pareatur hoc emplastrum modo sequenti primo minium cum utroq litargirio coquitur ad consistentiam emplastri cum ol. lini et de edera lassenus pag 217-218

Coralli Rubri,
Albi,
Matris Perlarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ Sigillatæ,
Vitrioli albi, aa Drach. I. & Semis.
Florum Antimonii,
Croci Martis adstringentis aa Scrupul. II.
Camphoræ Drach. I. & Semis.

Misce & fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ.

℞. Ceræ flavæ,
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anatis,
Gallinæ,
Mucilaginis Seminum Lini,
Althææ,
Fænugræci aa lib. I.
Olei Lini Q. S.

Fiat Emplastrum.

Jasseu pagina 214 in hoc emplastro ingen... fateor ignorare me qu... modo ex praescriptis ingredientibus emplastrum confici possit ... cera assignata cum adipib...

SPARADRAPIUM AD FONTICULOS.

℞. Emplastri Palmei,
Dia-chylonis Simplicis,
De Cerussa cocta,
Ceræ aa lib. I.
Cinnabaris,
Pulveris Ireos subtilissimi aa Unc. IV.

Fundantur & misceantur S. A., imbibe telis pro Sparadrapio.

EMPLASTRUM RESOLUTIVUM RUBRUM.

℞. Olei Olivarum lib. II.
Minii lib. I.
Cinnabaris Unc. VI.

Oleum & Minium ſimul coque ferè ad conſiſtentiam, deinde adde Cinnabarim, & poſtea

Camphoræ in Spiritu vini diſſolutæ Unc. Semis.

Et fiat S. A. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

℞. Olei Olivarum,
Cerussæ aa lib. I.
Aquæ fontis Q. S.

Coque ad conſiſtentiam Emplaſtri, addendo

Ceræ albæ Unc. II.

Miſce fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM ALTHÆÆ.


℞. Radicis Althææ pulv. lib. Semis.
Olei Camomillæ,
Anethini, aa Unc. II.
Roſarum,
Adipis Anatis aa Unc. I.
Olei Liliorum alborum Drach. X.
Emplaſtri Diachylon cum gummis Unc. III. & Semis.
Medullæ Vituli,
Vaccæ aa Drach. VI.
Adipis Vaccæ Unc. III.
Ceræ flavæ Unc. IX.

Fiat S. A. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM CEPHALICUM.

℞. Gummi Tacamahacæ,
Carannæ aa Unc. Semis.
Caſtorei pulv. Drach. II.
Ol Succini,
Anthos aa Q. S.

Ut fiat maſſa debitæ conſiſtentiæ, in mortario marmoreo probè terenda, & inter digitos poſtmodum malaxanda.





OPERATIONES CHIMICÆ.

AQUÆ DISTILLATÆ SIMPLICES.

MODUS DISTILLANDI HERBAS INODORAS.

℞. *Herbas illas recentes, antequam sint prægnantes semine, congruô tempore lectas, & expurgatas. Concidantur minutim, affusâ aquæ ferventis S. Q. Fiat fortis maceratio, cola ad usum.*
Tum

℞. *Similes Herbas recentes pariter concisas; mittantur in Vesicam stannô obductam affundendo infusi supradicti partem æqualem, duplam, aut triplam habitâ ratione substantiæ, temporis, æstatis, & soli: adaptetur capitellum refrigeratorio suo munitum. Fiat distillatio secundum artem ad medias. Aqua elicita soli exponatur per aliquot dies.*

Sic *distillantur*

Arthemisia.
Bardana.
Borrago.
Carduus Benedictus
Cichoreum.
Endivia.
Euphrasia

auctores hujus Codicis non studiose examinavere opus chimicum clarissimi Lemeri Legam pagin 614. 615-16. 616 videbunt quod non secuti sunt opus chim Lem

Lactuca

Lactuca
Parietaria.
Plantago.
Portulaca.
Scabiosa
Saxifragia.
Ulmaria.

Leganturque authores animadversiones Domini Jasseni pag. 45. 46. 47 secuti tamen sunt errores pharma Bruxellens correctos per animadvers Domini Jassen proposit [illegible].

MODUS DISTILLANDI HERBAS ACRI SUCCÔ PRÆGNANTES

℞. *Herbas illas virentes, minutim incide. Affunde aquæ limpidæ pondus æquale.*

Distilla S. A. ad medias Balneo Maris in vase vitreo.

Sic distillantur.

Cochlearia
Beccabunga
Nasturtium &c.

C Charas 25. 26. 27. 28. 29
Lege apud chimic. Lemeri pag 625-626

MODUS DISTILLANDI PLANTAS ODORAS.

℞. *Plantas illas recentes cum Floribus: mundatis illis & manibus discerptis affunde aquæ limpidæ pondus æquale, distilla ex arte ad medias.*

Hoc modo distillantur.

Cærefolium.
Fæniculum.
Hyssopus.
Melissa.
Mentha crispa.
Petroselinum.
Rutha hortensis
Salvia.

MODUS DISTILLANDI BACCAS ET SEMINA.

℞. *Baccarum aut Seminum contuſorum partem unam.*
Aquæ communis partes tres.

Macerentur per viginti quatuor horas in loco tepido; Diſtilla S. A. circiter ad medias.

MODUS DISTILLANDI FLORES INODOROS

℞. *Flores illos recentes; adde pro ſingulis libris florum aquæ limpidæ calentis libras circiter tres. Diſtilla S. A. & elice aquæ libram unam.*

Hoc modo diſtillantur

Flores Fabarum
Papaveris rheados.

MODUS DISTILLANDI FLORES ODOROS SUCCOSOS

℞. *Flores iſtos recentes mundatos. Adde aquæ limpidæ libras circiter tres pro ſingulis florum libris. Diſtilla S. A. & elice aquæ libram unam.*

Hoc modo diſtillantur

Flores Liliorum convallium.
Roſarum pallidarum.
Sambuci.
Tiliæ.

Flores verò Aurantiorum B. M. diſtillabuntur cum eodem proceſſu.

authores Legane opus chimi Lemeri 634

Legane authores hujus Codicis opus Chimie Lemeri pag 640 propter aquam ...

MODUS DISTILLANDI FLORES ODOROS MINUS SUCCOSOS.

℞. *Flores istos cum calycibus. Affunde aquæ limpidæ libras circiter quatuor pro singulis* Florum *libris; macerentur per viginti quatuor horas.* Fiat *distillatio* S. *A.*, *elice aquæ libram unam.*

Hoc modo distillantur.

Flores Chamomillæ.
Matricariæ.

MODUS DISTILLANDI FRUCTUS.

℞. *Fructus maturos, tunde leviter, adde aquæ limpidæ libram circiter unam pro singulis* Fructûs *libris; distilla* Balneo *Maris ex tempore* S. A., *elice aquæ libram unam.*

Sic distillentur

Cerasa nigra contrita, rejectis nucleis.

AQUA CINNAMOMI HORDEATA.

℞. Cinnamomi acuti crassiusculè triti Unc. VI.
Aquæ Hordei calentis lib. IV.

Fiat maceratio per biduum in loco calido. Distilla ex arena in Cucurbita vitrea. Libras duas aquæ elicito.

AQUA MELLIS.

℞. Mellis optimi Q. V.

Inde in Cucurbitam vitream, cujus quintam aut sextam capacitatis partem occupet. Elicito Phlegma Balneo

Maris, Aquam Mellis *dictum. Materiæ superstiti misce arenæ lotæ & exsiccatæ quantùm capere poterit. Distilla igne arenæ ex Retorta. Prodibit aqua flava seu* Spiritus Mellis, *qui pro Tinctura* Corallorum *rectificari debet.*

AQUA SPERMATIS RANARUM.

℞. Spermatis Ranarum idoneo tempore collecti & recentis Q. V.

Distilla Balneo Maris *ferè ad siccitatem, cavendo ab Empyreumate.*

Aqua Spermatis Ranarum modô etiam sequenti præparatur.

℞. Spermatis Ranarum Q. V.

Include linteo, Soli expone, & aquam Stillantem serva ad usum.

AQUA CHAMOMILLÆ CUM VINO

℞. Flor Chamomillæ Romanæ lib. I.
Infusionis eorundem lib. II.
Vini albi Gallici generosi lib. I.

Post digestionem trium vel quatuor dierum, distilla B. M. ad libram unam.



Aquæ diſtillatæ Compoſitæ

AQUA AD GONORRHEAM QUERCETANI

℞. Radicis Ireos Florentinæ ,
Foliorum Dictamni Cretici
Menthæ ſiccæ aa Unc. I.
Seminum Agni caſti ,
Rutæ ,
Lactucæ aa Drach. VI.
Therebinthinæ Venetæ Unc. IV.
Vini albi Unc. XXV.

pag 55 56

Contuſis contundendis , omnia Alembico vitreo excepta maneant in digeſtione per viginti quatuor horas, tum in Balneo Maris ex arte ad Unc. XX. diſtillentur, & ſervetur aqua ad uſum.

AQUA APOPLECTICA

℞. Rad Cyperi ,
Pæoniæ maris aa Unc. I.
Zedoariæ ,
Ligni Aloës aa Drach. VI.
Herbarum Serpilli ,
Rorismarini ,
Majoranæ ,
Lavendulæ ,
Menthæ.
Florum Stæchados aa Unc. Semis.
Corticum Citri ,
Aurantiorum amarorum aa Unc. I.
Semin Dauci ,
Cubebarum ,

62-65

Cinnamomi acuti aa Drach. VI.
Caryophillorum Unc. Semis.
Salis volatilis C. C. Drach. X.
Aquæ Liliorum Convallium,
Salviæ aa lib. I. & Semis.
Spiritus Vini lib. IV.

Stent in digestione per tres dies, & distillentur in B. M. ad libras quatuor præterpropter.

AQUA CINNAMOMI

℞. Cinnamomi electi & contusi lib. Semis.
Vini albi generosi lib. IV.
Tartari crudi Unc. II.

Macerentur per aliquot dies in loco tepido, posteà additâ

Aquæ melissæ lib. I.

Distilla S. A. in arena ad Uncias viginti.

AQUA EPILEPTICA

℞. Florum Liliorum Convallium Unc. X.
Tiliæ Unc. IV.
Vini Hispanici lib. VIII.

Fiat infusio per dies aliquot, mox distillentur in B. M. quo usque flores in fundo Cucurbitæ ferè aridi relinquantur: deinde

℞. Cinnamomi acuti Drach. VI.
Nucis moschatæ Unc. Semis.
Piperis longi,
Cubebarum aa Drach. II.
Florum Lavendulæ Unc. I. & Semis.
Rorismarini,

Stæchados aa Drach VI.
Viſci quercini veri,
Radic Pæoniæ maris,
Dictamni noſtratis aa Unc. Semis.

Omnia craſſiuſculè contrita rursùs in ſuperiori Vino per dies octo macerentur, poſtmodum diſtillentur S. A. ad medias.

AQUA HYRUNDINUM

℞. Pullos Hyrundinum vivô corpore diſſectos No. XXIV.
Viſci quercini Unc. III.
Nucleorum ſeminum Pæoniæ maris. Unc. I.
Rad Pæoniæ maris Unc. II.
Aquæ Liliorum convallium,
Florum Tiliæ,
Pæoniæ,
Sambuci aa lib. II.

Sassen flor. decentes
No 754

Miſce & ſtent in digeſtione horis viginti quatuor in loco calido, & diſtillentur S. A. B. M. Servetur liquor ſtillatitius.

AQUA MIRABILIS.

℞. Cinnamomi acuti,
Macis,
Caryophillorum,
Nucis moſchatæ,
Zinziberis,
Cubebarum,
Radic Galangæ minoris,
Semin Cardamomi minoris aa Drach. II.
Succi Menthæ,
Chelidonii aa Unc. XX.
Spiritûs Vini communis lib. VI. & Unc. VIII.

Vini albi lib. III. & Unc. IV.

Præparata misce, infunde & distilla S. *A.* *In aquæ distillata dissolve* Sacchari Candi albi libram unam, *& filtretur liquor ad usum.*

AQUA PROPHYLACTICA.

℞. Radic Angelicæ,
Zedoariæ, aa Unc. I.
Petasitidis Unc. II.
Foliorum Rutæ Hortensis Unc. IV.
Melissæ,
Scabiosæ
Florum Calendulæ aa Unc. II.
Nucum Juglandium immaturarum concisarum lib. II.
Pomorum Citriorum concisorum recentium lib. I.

Contusis affunde

Aceti Vini distillati lib. XII.

Digerantur per noctem; mane distillentur igne cinerum lentô, penè ad siccitatem, idque sine ustione.

AQUA THERIACALIS.

℞. Rad Gentianæ Unc. I. & Semis.
Angelicæ,
Imperatoriæ,
Valerianæ,
Contrayervæ aa Unc. I.
Corticum Citri,
Aurantiorum aa Drach. VI.
Caryophillorum.
Cinnamomi aa Unc. Semis.
Foliorum recent Scordii,
Ulmariæ,

Rutæ

Rutæ,
Florum Hyperici aa Unc. I.

Stent in digestione per triduum, leni calore, in

Aquæ Cardui Benedicti lib. II. sine additione aquæ
Spiritûs Vini lib. III. Juniperi

Deindè adde

Theriacæ Andromachi Unc. V.

Et maneant denuò per 24 *horas in digestione, tum distillentur in B. M. secundùm Artem.* Jassen pag 84 85 secundum artem

AQUA VULNERARIA

℞. Foliorum & Radicum recent Consolidæ majoris,
Foliorum recent Salviæ,
Arthemisiæ
Bugulæ aa Unc. IV.
Betonicæ,
Saniculæ,
Buphtalmi
Symphiti minoris,
Scrophulariæ majoris,
Plantaginis,
Agrimoniæ,
Verbenæ,
Absynthii,
Fæniculi aa Unc. II.
Hyperici,
Aristolochiæ longæ,
Telephii,
Veronicæ,
Centaurii minoris,
Millefolii,
Nicotianæ,
Menthæ,

Legantur authores opus Chimicum Lemeri pag 649 etiam Legantur animadversiones Jassen pag 55.5 98 99 propter abstractionem vini ad media

Hyssopi aa Unc. I.

Contundantur omnia, & macerentur per triduum in loco calido, cum

Vini albi,
Spiritus Vini aa lib. VI. Lemeri ō requiritur

Deinde distillentur Balneo Mariæ ad libras octo, & servetur aqua. non ad mensuram sed bene ad perfectam qualitatem

AQUA BRYONIÆ

℞. Succi Radic Bryoniæ albæ recenter expressi lib. IV.
Recentis Herbæ Rutæ,
Arthemisiæ aa lib. II.

Distillentur in B. M. ad libras sex. Residuum & Aquam abstractam seorsim repone in usum sequentem. Deinde

℞. Corticum Aurantiorum Unc. III.
Myrrhæ electæ Unc. II.
Herbæ Siccæ Sabinæ Unc. I. & Semis.
Matricariæ,
Nepetæ,
Pulegii aa Unc. I.
Basiliconis,
Dictamni Cretici aa Drach. VI.
Castorei Unc. I.
Vini albi generosi lib. XII.

non ad dimidias sed bene ad perfectam qualitatem

Ex concisis & contusis, factâ digestione per tridum, fiat distillatio S. A. ad dimidias

Binas aquas stillatitias commisce, & usui asserva.

Quod in vase distillatorio remansit, exprimatur &

addito priori residuo coletur, per subsidentiam depuretur, ac lento igne evaporetur ad mellis spissioris consistentiam, cavendo combustionem. Reservetur sub titulo Extracti Hysterici.

AQUA SEU ELIXIR VITÆ MATTHIOLI.

℞. Cinnamomi Unc. I.
Zinziberis Unc. Semis.
Santalorum omnium aa Drach. VI.
Rad Zedoariæ Unc. Semis.
Caryophillorum,
Galangæ,
Nucis moschatæ aa Drach. II. & Semis.
Macis,
Cubebarum aa Drach. I.
Cardamomi utriusque,
Seminum Melantii aa Drach. III.
Anisi,
Fæniculi dulcis,
Pastinacæ,
Ocymi,
Radicum Angelicæ,
Cariophillatæ,
Glycyrrhisæ,
Calami aromatici,
Phu majoris,
Foliorum Sclareæ
Thymi,
Calaminthæ,
Pulegii,
Menthæ,
Amaraci aa Drach. II.
Florum Rosarum rubrarum,
Salviæ,

qui pomposam h[...]
aquæ vitæ matthioli
compositionem perfect[...]
inspexerit, nescio quo sit[...]
miros effectus ex ne[...]
illius pollicebitur, vere[...]
Si attentius paulo eju[s]
Contributa examinentur
protinus sua se spe
frustratum iri animadve[r]
tet; Dum eis non
pauca [illegible]
primo itaque su[...]
censuram examen veniant [illegible]
[illegible]

Betonicæ,
Rorismarini,
Stæchados,
Buglossæ,
Borraginis aa Drach. I. & Semis.
Corticis Citri Drach. III.

Præparata immittantur vasi vitreo & affundantur

Spiritus vini optimi lib. XII.

Et *post quindecim dierum digestionem, appositô Alembicô vitreô fiat distillatio in* Balneo *vaporoso; liquori prolecto immerge*

Santali odorati Drach. II.

AQUA ANHALTINA

℞. Therebinthinæ claræ lib. Semis.
Ligni Aloës Unc. I. & Semis.
Thuris masculi Unc. I.
Granorum Mastichis,
Caryophillorum,
Nucis Moschatæ
Cubebarum,
Cinnamomi aa Drach. VI.
Semin Fæniculi,
Baccarum Lauri aa Unc. Semis.
Croci orientalis Drach. II.

La Composition est charmante en quel qualité la doit on distiller si on l'a

Pulverisata infundantur cum Therebinthina in

Spiritûs Vini lib. VI.

Digerantur per sex dies, hinc lentissimè ex Balneo *Mariæ distillentur.*

seroit comme l'eau Epileptique ... le ... 56 l'eau ... p 55

Appendix ad Aquas.

AQUA CAMPHORATA

PHARMACOPOEÆ BATEANÆ

℞. Vitrioli albi, locô Romani,
Boli Armeni aa Drach. I.
Camphoræ Scrupul. I.

Misce fiat pulvis, quem projice in aquæ communis bullientis libra una. Amove ab igne & subsideant fæces.

AQUA CALCIS PRIMA.

℞. Calcis vivæ lib. I.
Sensim affunde
Aquæ communis lib. X.

Post ebullitionem completam & debitam residentiam, cola ad usum.

AQUA CALCIS SECUNDA.

℞. Magma Aquæ Calcis primæ
Affunde
Aquæ communis lib. VI.

Post viginti quatuor horas filtra & serva.

AQUA PHAGEDOENICA

℞. Aquæ Calcis primæ recentis Unc. XX.
Mercurii sublimati corrosivi Drach. Semis.

Misce, agita in mortario vitreo.

AQUA THERIACALIS SIMPLEX

℞. Theriacæ recentis Unc. IV.
Spiritus Vini dephlegmati Unc. XX.

Digerantur simul per tres dies in B. *M., dein clarum à spisso per decantationem separa.*

AQUA VIRIDIS HARTMANNI

℞. Mellis Rosarum Unc. II.
Sulphuris vivi,
Aluminis crudi pulv. aa Unc. I.
Albi græci,
Summitatum Sambuci,
Sabinæ aa Drach. I.
Foliorum Rorismarini,
Rutæ,
Plantaginis,
Salviæ,
Pulegii aa Drach. II.

Coque per semiquadrantem horæ, in
Aquæ Calcis primæ,
Vini albi aa lib. I.

Liquori ab igne remoto adde
Viridis æris pulv. Unc. I.

Eundem refrigeratum filtra & serva ad usum.

il faut bouillir le miel rosat presentement
il faut ici bouillir les herbes aromatiques ensuite les autres
l'on trouve ainsi ils ont suivis les erreurs par [illegible]

AQUA HYSTERICA

aqua vel potius essentia vel tinctura hysterica

℞. Rad Bryoniæ siccatæ,
Baccarum Sambuci maturarum, lentô furni calore exsiccatarum & à Stipitibus mundatarum aa Unc. II.
Foliorum Arthemisiæ,
Dictamni Cretici,

haec aqua etiam correcta per animadv. Dom. Passen pag 56

Matricariæ,
Nepetæ,
Ocymi,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ aa Unc. Semis.
Corticum Aurantiorum exteriorum ſiccat. Unc. I. & Semis.
Myrrhæ,
Caſtorei aa Drach. III.
Croci Drach. I.

Pulveriſata macerentur per octiduum, in
Spiritûs Vini dephlegmati lib. IV.
Deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum.

Spiritus Volatiles

SPIRITUS ABSYNTHII

℞. Herbæ Abſynthii maturæ, mediocriter ſiccæ & contuſæ lib. X.
Infuſionis ejuſdem herbæ lib. XII.
Spiritus Vini lib. IV.
Diſtilla S. A. ad debitam qualitatem.
Simili modô eliciuntur.
Spiritus Baccarum Juniperi
Meliſſæ,
Menthæ,
Salviæ,
Cochleariæ cum herba recenti & florida.

SPIRITUS SAMBUCI

℞. Succi Baccarum Sambuci maturarum Q. V.

Post sufficientem fermentationem, distilletur S. A.; & liquor distillatus rectificetur ad usum.

Simili modô parari poterit
Spiritus Cerasorum nigrorum maturorum &c.

SPIRITUS CARMINATIVUS.

℞. Radic Angelicæ Drach. I.
Imperatoriæ,
Galangæ aa Drach. I. & Semi s
Foliorum Rorismarini,
Majoranæ,
Rutæ hortensis,
Basiliconis,
Summitatum Centaurii minoris aa Unc. Semis.
Baccarum Lauri Drach. III.
Seminum Angelicæ,
Levistici,
Anisi, aa Unc. Semis.
Zinziberis,
Nucis Moschatæ,
Macis, aa Drach. I. & Semis.
Cinnamomi acuti Drach. VI.
Caryophillorum,
Corticis Aurant siccat aa Drach. I.
Spiritus Vini Unc. XXXX.

Digerantur simul & postea S. A. distillentur.

SPIRITUS VOLATILIS OLEOSUS.

℞. Foliorum Majoranæ,
Menthæ,
Salviæ siccat aa Drach. VI.
Florum Lavendulæ Drach. III.
Cortic exterior Citri,

Aurantiorum

Aurantiorum aa Unc. II.
Cinnamomi acuti Unc. I. & Semis.
Nucis Moſchatæ ,
Macis aa Drach. VI.
Caryophillorum Unc. Semis.
Semin Cardamomi minoris ,
Carui aa Drach. II.
Salis Tartari ,
Ammoniaci aa Unc. IV.
Spiritus Vini lib. IV.

Fiat infuſio per dies aliquot & diſtillentur ex arena S. A.

AQUA VITÆ CAMPHORATA

℞. Aquæ vitæ , ſeu Spiritus Vini communis Unc. XX.
Diſſolve
Camphoræ Unc. Semis.
Ad uſum.

medic vel chin.
Geip

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS

℞. Spiritus Vini Q. V.

Diſtilletur per Alembicum in B. M. ; quod toties repetatur donec pulverem tormentarium accendere poſſit.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

℞. Spiritus Vini rectificati lib. IV.
Salis Tartari libram I.

Digerantur ex arena per horas duodecim , liquorem Spirituoſum effunde per inclinationem. Diſtilla B. M. & ſerva.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS

℞. Spiritûs Vini dephlegmati lib. I.
Camphoræ Unc. I.

Misce exactè.

SPIRITUS VINI RECTIFICATISSIMUS SINE IGNE PARATUS.

℞. Spiritus Vini Q. V.

Infunde vitro angustioris orificii, ut digito claudi possit, & dimidium tantummodò vitri repleatur. Illi injice sal Tartari probè calcinatum, & in mortario calido in pulverem redactum, quod benè cum hoc Spiritu manuum agitatione conquassandum est; ità solvitur hoc sal in liquorem crassum, qui fundum vasis petit. Tam diu verò continuanda est injectio hujus salis, & fortis vitri agitatio, donec sal intactum maneat, sive ulteriorem solutionem respuat. Deinde reponitur vitrum, & supernatans spiritus effunditur, qui non modò ab omni phlegmate liberatus est, sed insuper alcalisatus ac tartareus redditus: unde ad solutionem Oleorum, Resinarum, Balsamorum, aptissimus evadit.

SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi frustulatim secti Q. V.

Indantur Retortæ ad medietatem implendæ; post amplo Recipiente adaptato fiat distillatio igne aperto gra-

datim. Primò prodibit phlegma rejiciendum; auctô igne Spiritum, ſal volatile & oleum obtinebis.

Vaſa refrigerata agitato ut oleum, ſal volatile & Phlegma commiſceantur. Hæc impone in Cucurbita altiore & igne arenæ ſublime fiat ſal volatile, affuſo Spiritu Vini rectificato ab oleo depurandum. Superſtes liquor filtretur ut oleum ſpiſſum ſeparetur à Spiritu.

Oleum Cornu Cervi, quod fœtidum eſt, rectificatur hoc modô. Cum oſſium calcinatorum pulvere fiat maſſa, in globulos dividenda. Mitte in retortam vitream. Diſtilla igne arenæ. Oleum elicitum & cum aqua communi mixtum, pluries rectifica, ſi illud limpidiſſimum obtinere volueris.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE.

℞. Salis Ammoniaci Unc. X.
Calcis vivæ Unc. XXX.

Seorſim pulverata & mixta inde in retortam capacem loricatam.

Affunde

Aquæ communis Unc. VIII.

Ori retortæ manum admove & agita; ſtatimque adapta receptaculum ampliſſimum, commiſſuris non obſeratis, ſed arctè conniventibus. Eductis per horæ quadrantem & abſque igne primis Spiritibus, commiſſuras obſera. Tum adhibeatur ignis arenæ leniſſimus, augendus ad

secundum gradum. Cum nihil amplius prodibit, refrigeratis omnibus, exemptum illicò spiritum serva in vase ritè obturato.

Si locô calcis vivæ sufficiatur sal Tartari anaticâ quantitate cum sale Ammoniaco, pariter elicitur Spiritus, qui Spiritus Salis Ammoniaci cum Tartaro dicitur.

Massa residua, in aqua soluta, deinde filtrata & evaporata, dat Sal febrifugum Silvii.

SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI.

℞. Succini flavi contriti Q. V. vide ejus Chimie Lemery pag. 581

Indatur retortæ terreæ aut vitreæ loricatæ capaci, orificiique amplioris, ut tertia ejus pars repleatur; adapta receptaculum amplissimum. Distilla igne primùm leni, & phlegma stillabit; auge sensim ignem ad tertium gradum; spiritus, sal volatile & oleum prodibunt. Sal parietibus receptaculi concretum adhærens exime. Oleum à Spiritu per Chartam bibulam priùs aquâ madefactam separetur.

Sal volatile rectificandum impone phialæ satis amplæ, sic ut quartam tantummodò vasis partem adimpleat; Phialam exactè obtura; & sal sublime fiat igne arenæ.

Ubi oleum Succini rectificare volueris, eôdem procede modô, ut pro oleo Cornu Cervi.

SPIRITUS MATRICALIS

℞. Olibani,
Myrrhæ,

ad quid opus
manque

Succini,
Mastichis aa P. Æ.
Spiritus Vini Rectificati ad eminentiam quatuor digitorum,

Digerantur per aliquot dies & distillentur.

Spiritus Acidi

ACETUM STILLATITIUM.

℞. Aceti Vini acerrimi Q. V.

D Jassen pag 90

Distilletur ex Cucurbita vitrea in B. M. vel cineribus lenissimô calore; primò ascendit phlegma, fere ad quartam partem liquoris, quod exstillavisse cognosces acidô odore & sapore. Tum muta recipiens, & collige Acetum distillatum; continua distillationem, donec spiritus omnes ascenderint.

SPIRITUS SALIS.

℞. Salis Marini albi lib. II.
Laterum, aut Argillæ exsiccatæ & pulv. lib. VI.

Simul mixta inde in Retortam terream aut vitream capacem, lutô obductam. Igne leni primùm phlegma elice, quod abjicito. Receptaculum capacius adapta & ritè obsera. Urgeatur ignis ad tertium gradum; post aliquot horas ad quartum. Elapsis horis quatuordecim, receptaculum tepescet, & nihil amplius prodibit.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritûs Salis optimè dephlegmati Unc. III.
Vini rectificati Unc. IX.

Digere per mensem in vase circulatorio capaci, & habebis Spiritum Salis dulcificatum.

SPIRITUS NITRI.

℞. Nitri purissimi lib. I.
Boli communis aut Argillæ exsiccatæ & pulv. lib. III.

Mixta inde in Retortam capacem. Distilla ut de Spiritu Salis habetur.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritûs vini rectificati Unc. VIII.

Mitte in vas circulatorium capax; sensim & per vices superaffunde

Spiritûs Nitri Unc. I.

Digere per mensem, ut suprà.

SPIRITUS ET OLEUM VITRIOLI.

Aliundè petantur.

SPIRITUS ET OLEUM TARTARI.

℞. Tartari frustulatim effracti Q. V.

Inde Retortæ capaci amplô instructæ receptaculô. Igne leni distilletur phlegma, donec nubeculæ albæ prodeant. Phlegmate abjectô, restitutô receptaculo, commissu-

ris luto obseratis, urgeatur ignis ad summum gradum, ut oleum exeat. Cessante omni distillatione vasa refrigescant. Oleum à Spiritu, chartæ vel panni operâ sepone. Spiritum & oleum seorsim igne arenæ distilla. Postea Oleum cum aqua rectifica.

Materia à distillatione superstes calcinetur igne aperto ad confectionem Salis Tartari.

SPIRITUS SULPHURIS

Esto vas fictile vitratum, amplum & capax, ex cujus medio assurgat fulcrum. Tum

℞. Sulphuris communis Q. V.

Divide in frusta oblonga, & mitte in vas expansum. Vas pone super fulcrum. Accende Sulphur. Desuper suspendatur campana vitrea, vel vitreum infundibulum inversum, ita ut liber aeri pateat aditus. Ascendet Spiritus & stillabit in vas subjectum. Absumptô sulphure, novum in frusta divisum sufficiatur. Procede ut suprà, donec spiritûs optatam quantitatem obtinueris.

LIQUOR ANODINUS MINERALIS HOFFMANNI.

℞. Olei Vitrioli per rectificationem ab omni phlegmate liberati lib. I.

Spiritûs Vini rectificatissimi, qui nec vestigium aquæ contineat, lib. III.

Spiritum vini in cucurbitam vitream satis altam

immitte. Huic ſenſim & per vices, affunde Oleum, quod fit non ſine calore ac ſtrepitu. Digere vaſe clauſo & immoto per quatuor dies. Tum adaptato receptaculo ritè obſerato, diſtilla ex arena igne lampadis vel carbonum leniſſimô. Prodibit primò Spiritus Vini fragrans, quem exime & ſerva. Iterùm admoto ut ſuprà receptaculo, diſtilla eodem caloris gradu, obtinebis Spiritum volatilem fragrantiorem & ſuaviorem, quem excipe & ſerva. Deindè continuato igne leni (cavendo nè offa nigra in fundo Retortæ apparens, tranſeat in receptaculum) prodibit phlegma acidum, ſulphureum & volatile (quod ſi velis illicò ſeparabis) tandem apparebit Oleum Vitrioli dulce, à phlegmate ſtatim & accuratè ſeparandum, nè Oleum à phlegmate reſorbeatur. Tum.

℞. Liquoris primò & ſecundò diſtillati & ſimul mixti Unc. II. & Semis.
Olei Vitrioli dulcis gutt. XII.

Miſce & erit Liquor anodinus mineralis.

Nota, *hunc liquorem cum ſalis Tartari tantillo, eodem calore eſſe diſtillandum, ſi ſulphurei odoris aliquid ſpiraverit.*



SALIA

Salia Volatilia

SAL VOLATILE CORNU CERVI.

Vide Spiritus, oleum & Sal volatile Cornu Cervi.

SAL VOLATILE SUCCINI

Vide Spiritus, Sal volatile & oleum Succini.

vide opus Chimic Lemeri pag 793 vel Succinum opus Chal page 561

FLORES SALIS AMMONIACI

℞. Salis Ammoniaci lib. I.
Salis Alcali fixi puriſſimi cujuslibet lib. II.

Siccata, pulverata ſeorſim & mixta inde in Retortam; affunde.

Spiritus Vini rectificati Unc. IIII.

Coapta receptaculum. Commiſſuris veſicâ obſeratis ſine per horas viginti quatuor; dein ex arena, primùm leni igne, poſteà adaucto diſtilla S. A. Abſolutâ diſtillatione & refrigeratis vaſis, ſal volatile à Spiritu ſeparatum ſervabis.

Olea

OLEUM CARYOPHILLORUM

℞. Caryophillorum contuſorum lib. I.
Aquæ ferventis lib. X.

Mitte in vas idoneum coopertum. Digere in loco calido per aliquot dies. Distilla igne nudo ex vesica suo refrigeratorio & receptaculo instructâ. Refrigeratis vasis, oleum ab aqua separa.

Simili modo elicies.

Oleum Cinnamomi. — Lemery pag 586
Macis.
Nucis moschatæ.
Ligni Rhodii.
Sassafras.
Seminum anisi.
Carui.
Cumini.
Fæniculi.
Baccarum Juniperi.
Corticum Aurantiorum.
Citri.
Herbæ Absynthii ferè siccatæ.
Florum Lavendulæ.
Chamomillæ Romanæ.
Herbæ Majoranæ.
Menthæ.
Rorismarini.
Sabinæ.
Salviæ.

Les auteurs demandent la digestion pendant quelques jours et Lemery pendant 6 jusqu a 10 heures ~~et donner~~ quon procede selon Lemery selon les operations

Observandum primò plùs minùs alia aliis esse digerenda, & majori vel minori aquæ copiâ iis vel illis opus esse

2°. *Semina, Baccas, Ligna antè digestionem contundenda esse, vel scobinâ deradenda, longiorique tempore maceranda.*

3°. *Cortices fructuum recentium, nullâ maceratione indigere.*

4°. *Olea illa ab ipsomet Pharmacopoeo præparanda, nè de eorum alteratione ulla insit suspicio.*

OLEUM CERÆ

℞. Ceræ flavæ Q. V.
Arenæ siccæ cribratæ Q. S.

Liquefiat Cera in patella terrea: fluenti adde arenam. Remove ab igne & continuò agita, donec refrigescat; ex hac materiâ nondùm induratâ formentur globuli, qui ex Retorta vitrea Loricata igne per gradus aucto distillentur. Prodibit primò phlegmatis & spiritus pauxillum. Deinde Oleum butyraceum, quod ut fluidum fiat, arenæ admixtum iterùm atque iterum distillabis. Ac tandem ex aqua, si tenuius desideretur, rectificabis.

OLEUM THEREBINTHINÆ.

℞. Therebinthinæ claræ Q. V.
Aquæ limpidæ sextuplum

Impone Cucurbitæ vitreæ capitello instructæ, adaptatô receptaculô. Distilla ex arena. Oleum in receptaculo aquæ supernatans colligatur & servetur ad usum.

OLEUM DE LATERIBUS

℞. Olei communis Q. V.
Laterum pulveratorum Q. S.

Misce & globulos effinge, in retortam immittendos. Addito receptaculo capaci & commissuris obseratis, distilla igne Reverberii per gradus auctô. Oleum elicitum, bis terve ex lateribus pulveratis rectifica.

Balsama

BALSAMUM FIORAVANTI.

℞. Therebinthinæ venetæ Unc. XVI.
Baccarum recentium Lauri Unc. IV.
Gummi Elemi,
Tacamahacæ aa Unc. I.
Styracis Liquidæ Unc. II.
Galbani,
Thuris,
Myrrhæ
Gummi Hederæ,
Ligni Aloës aa Unc. III.
Rad Galangæ minoris,
Caryophillorum,
Cinnamomi,
Nucis moschatæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Foliorum Dictamni Cretici
Aloës succotrinæ,
Succini pp aa Unc. I.
Spiritus Vini rectificati lib. VIII.

on demande icy les baies de Laurier recents et pour faire L'esprit les bayes de genevre mediocrement seches. Ce baume peut se preparer de meilleur facon mais les auteurs l'ont trouvés ainsi. recentissimus

Digerantur omnia simul per novem dies. Tum additâ Therebinthinâ distillentur igne cinerum. Prodibit primò Liquor limpidus Spirituosus, & erit Balsamum

Spirituosum

Spirituosum; *secundò oleum flavum, & erit* Balsamum; *tandem oleum rufum aut nigrum, & erit* Balsamum nigrum.

BALSAMUM SATURNI

℞. Salis Saturni Q. V.

Mitte in matratium, affunde Spiritum Therebinthinæ ad eminentiam quatuor digitorum. Digere igne arenæ leni per viginti quatuor horas, donec colorem exquisitè rubrum acquisierit; liquorem decanta. Superstiti materiæ affunde alterum spiritum Therebinthinæ, digere ut suprà, decanta. Liquores misce in Cucurbita vitrea; vaporent ad medias. Superstes liquor Balsamum erit Saturni.

BALSAMUM SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris Unc. II.

Inde Matratio. Affunde

Olei essentialis Therebinthinæ Unc. VIII.

Digere igne arenæ ad Sulphuris dissolutionem. Oleum rubescet, quod vasis refrigeratis decanta & serva; & erit Balsamum Sulphuris Therebinthinatum.

Locô olei Therebinthinæ usurpari potest Oleum Anisi, & erit Balsamum Sulphuris anisatum.



Butyra

BUTYRUM ANTIMONII

℞. Reguli Antimonii Unc. VI.
Mercurii Sublimati corrosivi Unc. XVI.

Tere in Mortario marmoreo. Distilla per Retortam vitream brevioris & latioris colli igne arenæ, per gradus augendô. Butyrum Antimonii instar glaciei egredietur, liquandum admotô carbone candente, si fortè concrescat in collo. Butyrum exceptum rectificabis, & in vase ritè obturato servabis; quod per tempus liquidum evadet, & erit oleum Antimonii.

BUTYRUM SATURNI

℞. Aceti Saturni Q. V.

Misce sensim & agita in mortario marmoreo cum Olei Rosacei aut alteriûs Q. S. ad debitam nutriti consistentiam.

Flores

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris communis contriti Q. V.

Inde Cucurbitæ suo capitello vitreo instructæ (vel idoneis vasculis sibi invicem superpositis, vulgò Aludels)

igne arenæ ſublima ; identidem capitellum renova & flores collige, donec totum ſulphur, relictis in fundo fæcibus, aſcenderit.

FLORES BENZOINI

℞. Benzoini electi craſſiuſculè contriti Q. V.

Mitte in ollam fictilem deſuper ritè adaptato corniculo papyraceo in modum capitelli ; igne leni fiat ſublimatio. Refrigerato vaſe & corniculo, flores albos obtinebis ſingulis horis colligendos, donec flavi ſuccedant.

FLORES SALIS AMMONIACI

℞. Sal Ammoniaci,
Communis decrepitati aa Q. V.

Simul pulverata inde Cucurbitæ capitello ſuo inſtructæ, ſubjiciatur ignis primùm lenis, dein augeatur, & obtinebis flores albos.

FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES

℞. Salis Ammoniaci pulv. Unc. VIII.
Limaturæ Martis Unc. IV.

Miſce & expone per viginti quatuor horas aëri humido. Sublima in vaſe idoneo. Flores elicitos ex reſiduo pulverato bis ter-ve cohoba.

SUBLIMATUS CORROSIVUS.

Aliundè petatur.

MERCURIUS SUBLIMATUS DULCIS.

℞. Mercurii Sublimati corrosivi Unc. VIII.
Mercurii crudi è Cinnabari redivivi Unc. VI.

Sublimatum tere in mortario marmoreo admiscendo identidem Mercurium crudum, donec penitùs fiat inconspicúus. Divide in Ampullas igni arenæ superpositas, ignem per gradus augendo sublimationem aggredere. Mercurium post aliquot horas vasorum lateribus hærentem exime. Eundem à sordibus separatum tere. Sublima iterùm ex aliis ampullis. Sublimationes sexies saltem repete, aut usquedum sub lingua nullum corrosionis indicium deprehendatur; Tum in alcohol tenuissimum redigatur pro usu.

PANACEA MERCURIALIS.

℞. Mercurii dulcis Unc. VI.

Lævigatum in mortario marmoreo mitte in ampullam vitream capacem arenæ impositam, igne leni primùm, posthac per gradus augendo sublima. Sublimatione peractâ ampullam refrigeratam frange. Sublimatum facilè exemptum iterùm lævigà. Sublima ex alia ampulla, idque septies, fæcibus semper abjectis. Sublimato, lævigato & cucurbitæ vitreæ indito, affunde Spiritum vini rectificatum ad quatuor digitorum eminentiam. Digerantur per quindecim dies, massam sæpius in die agitando. Tum vasis refrigeratis, Spiritum vini per inclinationem effunde. Panaceam exime & exsicca.

TINCTURÆ

Tincturæ

TINCTURA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ electæ contritæ Unc. IV.

Mitte in vas vitratum, Affunde

Spiritus Vini rectificati ſine igne parati Unc. XII.

Obturato vaſe digere igne arenæ per aliquot dies; identidem agitando, donec Spiritus vini ritè ſaturatus fuerit. Tincturam per aliquod tempus ſuo cum magmate ſerva.

Eodem modo parabuntur

Tincturæ Aloës.
Succini in alkool redacti.
Benzoini.
Styracis.
Kinæ Kinæ.

TINCTURA CROCI

℞. Croci Unc. I.
Spiritus Vini rectificati ſine igne parati Unc. VI.

Extrahatur S. A. Tinctura.

TINCTURA CASTOREI

℞. Caſtorei pulveriſati Unc. I.
Spiritus vini rectificatiſſimi ſine igne parati Unc. VIII.

Digerantur per ſex dies & demum filtrando clarum à ſpiſſo ſepara.

TINCTURA ABSYNTHII

℞. Summitatum floridarum abſynthii ſiccatarum & à ſtipitibus mundatarum Unc. IV.

Spiritus vini rectificati ſine igne parati Unc. XXX.

Digere igne leni per dies aliquot. Cola cum expreſſione & ſerva.

Simili modo paratur.

Tinctura Florum Hyperici
Florum Chamomillæ Romanæ
Scordii
Rutæ.

Corrigé [illegible] pag 191 – 192

TINCTURA ANTI-ASTMATICA

℞. Florum Sulphuris Unc. III.
Salis Tartari Unc. I. & Semis.

Miſce & impone crucibulo ſuper prunas ardentes, donec maſſa elevata incipiat ſubſidere; tum pulveriſa & Tincturam extrahe S. A per

Spiritus vini rectificati Unc. VI.

Colaturæ fortiter expreſſæ adde

Spermatis cæti recentis Unc. Semis
Myrrhæ in Lacrymis Drach. II.
Salis volatilis Succini Drach. I.
Florum Benzoini Drach. Semis.
Spiritus C. C.
Camphoræ,
Croci orientalis,
Olei ſuccini,
Balſami Sulphuris aniſati,
Peruviani aa Drach. II.

ce baume n'est plus d'usage mais il falloit remplir le Codex medicamentaire

Digerantur in vaſe vitreo ritè clauſo, leni calore,

per occiduum; liquor tinctus filtretur, exprimatur, per subsidentiam depuretur & servetur usui.

TINCTURA ANTIMONII

℞. Antimonii crudi pulv. Unc. III.
Salis Tartari Unc. IV.

Seorsim pulverata & mixta liquentur, in crucibulo cooperto per horam, igne forti. Materiam effunde in mortarium ferreum calefactum, & in pulverem redige, quem adhuc calentem mitte in matratium & illicò superaffunde

Spiritus Vini rectificati Q. S.

Digere igne arenæ, per aliquot dies, identidem agitando. Liquor intensè coloratus decantetur ad usum.

TINCTURA BALSAMICA

℞. Radicis Ireos Florentinæ,
Aristolochiæ longæ,
Ligni Santali rubri,
Cortic Guayaci aa Drach. III.
Benzoini in Lacrymis,
Succini flavi aa Unc. Semis.
Styracis calamitæ,
Olibani electi,
Sanguinis Draconis aa Drach. II.
Myrrhæ electæ,
Mastiches in lacrymis,
Cinnamomi aa Drach. I.
Croci orientalis,
Caryophillorum aa Gr. XV.
Opii Scrupul: Semis.

~~ce baume est~~ Cette teinture est nommée balsa[mique] au sujet du baume de perou. On auroit dû proceder selon Satzone pages 84 85 86 87 et nous l'avons trouvée ainsi.

douze onze d'esprits suffi[sent] et l'on en mis huit onces pour

Spiritus Vini rectificati Unc. XII.

Præparata ſtent in digeſtione per aliquot dies; colaturæ fortiter expreſſæ adde

Balſami peruviani Drach. II.

Digere iterùm & ſerva ad uſum.

TINCTURA BEZOARDICA

℞. Radic Enulæ campanæ,
Angelicæ,
Zedoariæ,
Serpentariæ Virginianæ aa Unc. I. & Semis.
Croci optimi Unc. I.
Myrrhæ electæ,
Cinnamomi,
Corticum exteriorum Citri ſiccatorum aa Drach. VI.
Foliorum Scordii,
Ruthæ aa Unc. Semis.
Theriacæ Andromachi Unc. III.
Opii Thebaïci Drach. II.
Spiritus Tartari rectificati Unc. XV.
Spiritus Vitrioli Unc. III.
Baccarum Sambuci,
Baccarum Juniperi rectificati aa Unc. XVIII.

Digere S. A. ac filtra, tum adde

Salis volatilis ſuccini Unc. I.
Camphoræ Drach. II.

Digere iterùm ad uſum.

TINCTURA CORALLORUM.

℞. Fragmenta Coralli rubri quot volueris

Superaffunde Spiritus Mellis S. Q.

Digere ex arena. Solutionem decanta. Eidem *Corallo alterum affunde Spiritum Mellis ; digere, decanta ut suprà. Hæc pluries repete. Solutiones omnes misceantur, & vaporent ferè ad siccitatem. Extracto superstiti affunde spiritus vini rectificati S. Q., & digere, donec rubicundissimus liquor extrahatur qui ad medias circiter vaporet.*

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI

℞. Myrrhæ electæ,
Aloës succotrinæ pulv.
Croci minutim incisi aa Unc. II.

Mitte in matratium, affundendo

Spiritus vini rectificati lib. II.

Obturato vase, digere igne arenæ per 40 dies, identidem vas agitando ; Tincturam decanta & serva.

nous l'avons trouvé ain[si] et nous l'avons suivi
Jassenus le corrig[e]
Pag 89 90. 84.85.
Lemeri pag 714

ELIXIR PROPRIETATIS GLAUBERI CUM ACIDO.

℞. Elixir proprietat Unc. I.
Spiritus Sulphuris gutt. XII.

Misce ; serva ad usum.

Jassen pagina 90

ELIXIR STOMACHICUM VIENNENSE

℞. Extracti Absynthii,
Cardui Benedicti,
Centaurii minoris,
Gentianæ,
Salis Tartari aa Unc. I.
Flavedinis Corticum aurantiorum amarorum (vulgò *Cuirasseau*)

nous l'avons trouvé ainsi et nous l'avons suivi

Jassen Cortic [illegible]

ab omni albedine ſeparatæ Unc. IV.

Inciſis affundantur

Vini Hiſpanici optimi lib. IV.

Stent per quatuor dies in infuſione tepida, factâ dein forti expreſſione, fiat S. A. Elixirium; Tinctura per ſubſidentiam depurata filtretur & ſervetur uſui.

ELIXIR CORDIALE ET STOMACHICUM

Vulgò De Garus.

℞. Aloës optimæ Unc. II. & Semis.
Myrrhæ elect. Unc. Semis.
Croci orientalis Drach. II.
Cinnamomi acuti,
Caryophillorum,
Nucis moſchatæ aa Scrupul. I.

Mitte in matratium. Affunde

Spiritus vini rectificati Unc. XXXII.
Aquæ communis Unc. II.

Digere ut artis eſt per duodecim horas. Diſtilla B. M. ad ſiccitatem. Tum.

℞. Spiritus diſtillati,
Syrupi Capillorum veneris aa pondus æquale,
Aquæ eſſentialis florum Arantiorum Q. S.

Miſce & poſt aliquot dies decanta. Fiat Elixirium.

ELIXIR VISCERALE SEU BALSAMICUM HOFFMANNI

℞. Folior Scordii ſiccatorum Unc. I. & Semis.
Florum Centaurii minoris,
Cortic Aurantiorum amarorum, vulgò *Cuiraſſeau*,

Citri recentis,
Myrrhæ electæ aa Unc. Semis.
Nucis Moschatæ,
Radic Zedoariæ,
Semin Cardamomi minoris mundat,
Succini aa Drach. III.
Rasur Ligni Aloës Drach. I. & Semis,
Croci Orientalis Drach. I.
Olei Stillatitii Cariophyllorum gutt. X.
Spiritus Sal Ammoniaci cum Tartaro Unc. I.
Spiritus Vini Tartarisati Unc. XX.

Digere in loco tepido per octo dies; Colatura filtrata detur usui

TINCTURA GUMMI LACCÆ

℞. Gummi Laccæ Unc. I.
Aluminis usti Drach. I.
Spiritûs Cochleariæ Unc. X.

Phialæ arctè inclusa digerantur in arena, donec tinctura satis rubicunda appareat, quæ leniter effundatur.

TINCTURA JALAPPÆ

℞. Radic Jalappæ grosso modo pulv. Unc. II. & Semis.
Iridis florentinæ pulv.
Cortic Aurantior amarorum, vulgò *Cuirasseau* aa Drach. III.
Spiritus Vini Unc. XX.

Stent in digestione per aliquot dies, identidem agitando; & sine colatura servetur ad usum.

TINCTURA SALIS TARTARI.

℞. Salis Tartari Unc. VI.

Calcinetur violentô igne donec cæruleus evadat, quod fit ſpatio trium vel quatuor horarum. Ferè refrigeratum crucibulum frangatur. Maſſa exempta teratur. Huic pulveri adhuc calenti ſuperaffunde alcohol vini ad ſupereminentiam duorum vel trium digitorum; digerantur ſimul donec colore rubro tinctus appareat ſpiritus, quem effunde & ſepara.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Spiritûs Cornu Cervi, ſale ſuo volatili probè imprægnati Unc. VI.
Salis volatilis Succini Drach. II.
Olei Succini rectificati Unc. I.

Ponatur Spiritus Cornu Cervi in vaſe ſatis amplo & ſenſim infundatur ſal volatile Succini, donec efferveſcat; ceſſante verò efferveſcentiâ ſtatim injiciatur Oleum Succini, ſimul omnia agitando: tum obturetur vas & ponatur in digeſtione ſuper arenam calidam, donec oleum probè mixtum ſit.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAM.

℞. Vini Hiſpanici lib. I.
Opii Unc. II.
Croci Unc. I.
Cinnamomi,
Caryophillorum aa Drach. I.

nous l'avons trouvés ainsi nous ne voulons pas faire mieu

Infundantur ſimul in B. M. per duos vel tres dies, donec liquor debitam conſiſtentiam acquirat. Colatura ſervetur.

ESSENTIA

ESSENTIA ABSYNTHII COMPOSITA.

℞. Tincturæ Abſynthii lib. I.
Extracti Abſynthii Unc. Semis.
Salis Abſynthii Drach. II.

Commixta circulando digerantur, donec probè uniantur.

ESSENTIA FLORUM CHAMOMILLÆ ROMANÆ

℞. Tincturæ Florum Chamomillæ Romanæ Unc. VI.
Extracti eorundem Drach. II.
Olei ſtillatitii eorundem gutt. XX.

Commixta circulando digerantur, donec probè uniantur.

ESSENTIA LIGNORUM

℞. Ligni Saſſafras Unc. I.
Guayaci Unc. I. & Semis.
